Jewel 1571 Bishop of Salisbury

APOLOGIA ECCLESIÆ ANGLICANÆ.

Auctore JOANNE JUELLO, olim Episcopo Sarisburiensi.

Cum Versione Græca *J. S.* Bacc. in Art. Coll. Mag. quondam Socii.

ROM. I.

Non enim me pudet Evangelii Christi: Potentia siquidem est Dei, ad salutem omni credenti, &c.

OXONII,
Excudebat GUILIELMUS TURNER,
Impensis GUILIELMI WEBB.

M. DC. XXXIX.

APOLOGIA
ECCLESIÆ
ANGLICANÆ.

Auctore JOANNE JUELLO,
olim Episcopo Sarisburiensi.

Cum Versione Græca S. Scr. in Art.
Coll. M[illegible]dam Socii.

Non [illegible]ngelii Christi:
Pot[illegible] Dei, ad Fidutiam
omnium credentium, &c.

OXONII,
Excudebat GULIELMUS TURNER,
Impensis GULIELMI WEBB.
CIↃ. DC. XXXIX.

D. IOANNI IVELLO EPISCOPO SARISBURIENSI.

P. MARTYR S. D.

Perà Episcopi Londinensis, ampliss: Præsul & Domine quotidie mihi etiam atque etiam observande, allatum est exemplum tuæ Apologiæ pro Anglicana Ecclesia, quæ neque à me neq; à nostris antea fuerat visa. In tuis quidem postremis illam prodituram patrum innuisti, quàm significaveris: sed tantum itineris hactenus conficere non potuit, ut prius ad nos quàm circiter Cal. Sextiles pervenerit. Hinc tu animo tuo metiaris, quantum damnum ob locorum distantiam subinde faciamus. Ea verò non tantùm mihi cui omnia tua probantur & mirificè placent, omnibus modis & numeris satisfecit, verùm etiam Bullingero ejusq; Tigurinis & generis, nec non Gualthero & Vuolphio, tam sapiens, mirabilis & eloquens

Apologia Ecclesiæ Anglicanæ.

quens visa est, ut ejus laudandæ nullum modum faciant, nec arbitrantur hoc tempore quicquam perfectius editum fuisse. Hanc ingenio tuo felicitatem, hanc ædificationem Ecclesiæ, hoc Anglia decus vehementer gratulor, teque obtestor, ut quam ingressus es viam pergas tuis vestigiis premere. Etenim bonam licet habeamus causam, tamen præ hostium numero pauci sunt, qui eam tueantur: et illi jam ita videntur experrecti, ut bonitate stili & argutis sophismatibus multùm se probent imperitæ multitudini. Loquor autem de Staphilis, Hosiis, & plerisque aliis hujus farinæ scriptoribus, qui hoc tempore mendaciorum Papæ strenuos patronos agunt, quare cum in Apologia tua illa doctissima & elegantissima tantum spei de te concitaveris, certò scias, omnes bonos & doctos jam sibi polliceri Veritatem Evangelicam te vivo non esse ab hostibus impunè lacessendam. Ego verò plurimùm lætor, quòd illum diem viderim quo factus sis parens tam illustris & elegantis filii. Largiatur Deus cœlestis pater pro sua bonitate, ut sobole non absimili frequenter augearis.

CLARISSIMO, DOCTISSIMOQUE VIRO, D. DOCTORI LANGTON, Collegii Magdalenensis *Præsidi dignissimo.*

NON equidem faciam (Ornatissime Præses) ut quando tibi scribo, Græcarum literarum cognitionem dilaudare videar. Est illa jam pervagata satis opinio, qui harum sit prorsus expers, doctum nequaquam esse perhibendum. Enimvero tantopere nostrum hoc seculum iis deditum esse videmus, ut quum apud prioris temporis homunciones proverbio increbuerit, *Græcum est non potest legi*; contrà nihil ferè nunc legatur, præterquàm aut ipsa Græ-

corum ſcripta, aut quod eorum oleat diſciplinas. Neque verò præclarum id ſibi ducunt homines noſtri, ſi quomodocunque ſic ſcripta intelligant, quin & ipſi quoque laſcivientes (ut fit) ἐκ φρενοίας Græcè ſcripturiunt. Hinc pridem illæ non tam gemmis diſtinctæ, quàm gemmeæ Budæi Epiſtolæ: quas elegantes profectò dicerem, niſi meras judicaſſem elegantias. Hinc ſuum nobis peplum, opus pulchrè Mediuſfidius variegatum, proximis iſtis diebus miſit Heinſius. Hinc etiam ante paucos annos Cottonus literas ad Camierum (pruriente nimirum ambitione Jeſuiticâ) Græcas dedit. Mitto Fulviam Olympiam Moratam, ſexu fœminam, ætate puellam, genere nobilem, hac tamen palæſtrâ vix ulli ſecundam. Vident ſcilicet quod res eſt: otioſam eſſe lectionem: doctrinæ judicium è ſcriptis faciendum; juxta vetus hemiſtichium: * ἔργα δὲ χεῖρας ἐλέγχει. Proinde quum nuper neſcio quibus auſpiciis ad hæc me ſtudia ſeriò applicuiſſem, putavi non eſſe priùs conquieſcendum, quàm illud eſſem aſſecutus, ut etiam Græco idiomate mentis meæ ſenſus utcunque proferer. Nam

* Suidas in ἐλέγχω.

eorum

eorum sanè haud probo institutum, qui seu laboris tædio, seu insitâ quadam animi levitate, seu ἀπειροκαλίᾳ * communi illo multorum adolescentium vitio laborantes, defunctoriam huic linguæ navant operam, tantúmque ponunt in eâ temporis, quantum satis fore credunt ad popularem ostentationem: solidam verò & accuratam cognitionem aiunt se minimè desiderare.

* Aristot. Rhet. 2. cap. 12.

Illud porro exercitamenti genus omnium pariter honestissimum utilissimúmque semper existimavi, quo sententiam alienam nostris verbis interpretamur, & quod priùs Latinè dictum est, Græcum facimus. Alioqui sæpe contingit præmio vocularum aucupio rem ipsam negligi: cúmque politè non possimus dicere, quæ cogitamus, ea cogitemus, quæ politè dicere valeamus.

Quippe cui jusslibet est liberè vagari, quòcúmque sequi impetum; verùm ad certos quasi modos incedere, & alterius cujusdam vestigiis inhærere, mirabor si quis unquam temere potuit. Unde neminem videmus tam esse felici ingenio, qui non operosiùs multò scribat propria, quàm intelligit aliena; vertátque aliena,

quam scribit propria. Interim quod à præceptoribus dicendi rectè observatum legimus, * *difficiliora debent esse quæ exercent, quò fit levius illud, in quod exercent; ut athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine utendum est.* Hæc ubi satis comperissem, proximum fuit, dispicere certum authorem; nullus autem priùs occurrit hoc ipso, quem nunc præ manibus habes, *Fuello*.

* Fab. 11. cap. 2.

Audacter (inquis) factum. Itáne oportuit ὁ πόθῳ ἢ χαρᾶς εἵνεκα; Equidem non habeo (Vir Optime) quod respondeam. Liber enim iste quâ divinâ ipsius argumenti sublimitate, quâ profluenti dictionis ubertate, vel exercitatissimũ quemque interpretem, Græcæque linguæ peritissimum torqueret: & verò Stephanus, Whitakerus, Sylburgius, doctissimi (probè constat) homines, non nisi minutos quosdam Catechismos aggrediebantur. Quid igitur? Ego possum, illi non potuerunt? Nequaquam, ita me ament Musæ; sed ut uno verbo expediam, volui, quod Græci in proverbio est * ἐξ ἀέρος ξύλινα ἀπαιτεῖν, ut si desperanda esset laus omnis, venia saltem foret paratior.

* *Eustat. in Iliad Λ & Ρ, ubi etiã interpretatur* ἐκ φάους χὴ ὄλεσσον.

Atqui

Atqui multo fortassis habitior, multóque venustior hæc mea prodiisset interpretatio, si non quotidiana Græcorum authorum lectio, unde stilus & sanguinem, & colorem trahit; partim afflictæ corporis valetudine, partim rusticâ peregrinatione, partim aliis importunis negotiis, nimis, heu nimis diu abrupta jacuisset. Adde quòd in eas redactus sum temporis angustias, ut sanctè affirmare possim, intra spatium unius sesquimensis totum opus mihi planè confectum. Quare tametsi cum † Lucullo non dicam, ideirco me barbara quædam & solœca dispersisse, quo faciliùs hanc meam probent esse translationẽ: vereor tamen ne qua minùs Attica, dum nimiùm festino, passim irrepserint; adeoque authorem arguant vel imperitum, (qualem utique me lubens profiteor) vel à tempore saltem imparatum. Cæterum inprimis hic tria videbis verborum monstra, quæ nec Athenis nata sunt, nec illud sapiunt cœlum, videlicet: Ἐξιλαῖα, Βέλας, Ἐνδυλχυσμός. Hæc autem propterea sunt à me posita, quòd in amplissimis Græciæ latifundiis, * nulla reperiebam vocabula, quibus illa singula propriè satis entincientur.

† Vid. ad Attic. l. 1.

* Nam ἐξιλασμοὺς σημασίας (quo utuntur οἱ LXX. Levit. 25.) haud scio, an Tubilam Papisticus ita quadraret.

Neque mirum id cuiquam videri debet. Si enim eruditissima Græcorum natio non habeat (attestante M. * Cicerone) quo ineptum exprimat; quid? has ineptiarum omnium ineptissimas, has amentias, hæc fanatica delirantium somnia, quo tandem nomine appellabit? Quin etiam illud scias velim tanto plus apud me fidelitatem esse, quàm eloquentiam, ut religiosè caverim, necubi fortè captandis phrasibus ab JULII mente vel minimùm discederem; itaque verisimile est nonnusquam Græcæ linguæ me vim intulisse, dum scilicet aciem animi aliorsum intenderim. Verùm ista quanquam defendere liceat * exemplis haud vulgaribus; tamen humanitati tuæ condonanda potiùs relinquo. Non sum profectò, non sum adeo væcors, ut meorum quicquam hac præsertim ætate sine venia placere putem: nec ita tui oblitus, ut eam à te vel petere dubitem, vel impetrare desperem. Faxis igitur (Præses Integerrime) calidum hoc meum & planè juvenile incœptum, nimirum *periculosæ plenum opus aleæ*, boni consulas; & interpretationem hanc qualem qualem, certè quidem observantiæ tesseram, candidè velis in-

* 2. De Oratore.

* *Videor enim permultos Latinissimos in Novo Test. reperisse. v. g. Luc. 12. 58. δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι: ubi vel ex eis manifestum est Romanum illud: Dare operam.*

tus,

erpretari. Quòd ſi propitium hîc te fu-
ro expertus, alia poſthac, & alius ea
uoque generis me ſpero allaturum:

Nam tibi, quod nobis ſupereſt ignobilis otî,
Deputo, ſive legas, quæ dabo, ſive tegas.

Auſon. Epigr.

Dignitati tuæ

devinctiſſimus

JOH. SMITH.

Περὶ τῆς τῶν Ἀγγλων Ἐκκλησίας Ἀπολογία
πρὸς Ἕλληνας καὶ Ῥωμαίους ὀρθοδόξους.

Τρία τὰ ἐν ἀνθρώπῳ ὄντα· ἡ Βιβλίον
καὶ φύσις σύμπαντα γεγενημένα.
Τῶν τῶν Ἀγγλων Ὀρθόδοξον ἐκκλησίαν
καὶ πολλὰς ἄλλας ἐλευθερώσαν.

APOLOGIA ECCLE-SIÆ ANGLICANÆ.

VEtus illa est quærela, a primis usque Patriarcharum & Prophetarum ductа temporibus, & omnis memoriæ literis & testimoniis confirmata, veritatem in terris peregrinam agere, & inter ignotos facilè inimicos, & calumniatores invenire. Id etsi aliis incredibile fortasse videri possit, si qui sunt, qui ista minus attentè observaverint, præsertim cùm hominum universum genus ipso naturæ ductu, sine magistro, suâ sponte sit appetens veritatis: & Christus ipse servator noster, cùm inter homines versaretur, quasi nomine ad exprimendam omnem vim divinam, aptissimè voluerit appellari veritas: nos tamen qui in sactis scripturis versati sumus, quique legimus & vidimus, quid omnibus piis, omnium fere temporum, quid Prophetis, quid Apostolis, quid sanctis martyribus, quid Christo ipsi acciderit, quibus illi probris,

Tertul. in Apologetico.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

bris, maledictis, contumeliis, cùm viverent, veritatis unius causâ vexati fuerint: videmus id non tantùm non esse novum aut incredibile, sed etiam receptum jam & omnibus temporibus usitatum. Immò illud multò potius mirum & incredibile videri posset, si pater mendaciorum & hostis omnis veritatis diabolus, nunc tandem repentè mutaret ingenium, & speraret veritatem aliter, quàm mentiendo posse opprimi, aut aliis nunc artibus, quàm quibus ab initio semper usus est, inciperet regnum suum stabilire. Ex omni enim memoria vix ullum tempus invenire possumus, vel crescentis, vel constitutæ, vel renascentis religionis, quo non veritas atque innocentia indignis modis ab hominibus, & contumeliosissimè acciperetur. Videt, scilicet diabolus, veritate incolumi, se incolumem esse, & sua tueri non posse.

Johan. 8.

Nam, ut nequid de veteribus Patriarchis & Prophetis commemoremus, quorum, uti diximus, nulla pars ætatis fuit à contumeliis & probris libera, scimus fuisse olim quosdam qui dicerent, & publicè prædicarent, veteres Judæos, quosnon dubitamus fuisse cultores unius & veri Dei, numinis loco aut suem, aut asinum coluisse,

Cornel. Tacitus.

ὀνείδισι, καὶ κακολογίας, καὶ λοιδορείας τ' ἀληθείας
ἕνεκα μόνης φθείρεσθαι, οἰδεμιᾷ δέτο μὴ ὄν κακὸν
ἢ αἶσχος εἶναι, ἀλλ' ὕλη ἀρχαῖον καὶ διὰ παντὸς οἰδου-
μένου· Καὶ μὴν πολλαπλασίως ἀμείνω δικαιοσύ-
της ἐστὶν καὶ ἀποστέργειν ἁβρύνειν αὐτὴν ἢ διαβολὴ
ὁ πατὴρ τ' ψεύδους, καὶ τ' ἀληθείαι πολέμιος, αὐ-
τίκα μάλα δ' αὐτῆς φύσιν μεταβαλόμενος, ἐλπίζει
τιὼ ἀλήθειαν ἄλλους πως βιάσεσθαι, πλὴν ἢ τῷ
καταψεύδεσθαι αὐτῆς· εἶτα ἄλλως ναῦν πήγνυς
ἐπιχειρεῖν τιὼ αὐτῆς βασιλείαν καθαιρεῖν, ἢ
βίος ἐξ ἀρχῆς κεῖ κάρηται. Ἐπεὶ χρόνον τινὰ
λαθεῖν ἐνέστιν, ἤτοι ἐυξανομένης τ' δεισιδαιμονίας, ἢ
καθεστώσης, ἢ ἀναζωμένης, ἐν ᾗ τιὼ ἀλήθειαν οἱ
ἄνθρωποι μὴ ἐθέλουσι εἰσδέχεσθαι, καὶ ὑβριστικῶ-
τατα. Σωφίσαιτο δ' ἂν ὁ διάβολος κατορθῶ-
σθαι τ' ἀληθείας αὐτὸν κατορθῶν καὶ τὰ ἑαυτῆ σώ-
ζειν, ἐ πάνυ δυνάμενον. Ἵνα γὰρ μὴ τοὺς
Παπιστὰς λέγω, καὶ Περσίτας ἐκείνους ἐπιμνησθῶμεν, οἳ
(καθάπερ καὶ νῦν εἴρηται) ἀδέκαστοι τὸν βίον
ἐπέλιπον συνεχῶς λοιδορούμενοι, καὶ διαβαλλόμενοι
ἀγνοοῦσα μὲν ὅτι καὶ πάλαι ἐγένοντο τινες διαῤῥήδην
κατηγοροῦντες τ' Ἰουδαίων τῶν παλαιῶν οἷς ἔφη αὐτὸς
ὁ θεὸς ἢ ὠδ, ἢ ὅτον ὑστερόπνους, καὶ οἷς ἡ ἐκείνων

Tertul. Apologet. c. 7. C. Plinius.

coluisse, & omnem illam religionem nihil aliud fuisse, quàm sacrilegium, & contemptum omnium numinum. Scimus filium Dei & servatorem nostrum Jesum Christum, cùm doceret veritatem, habitum fuisse pro præstigiatore, pro maleſico, pro Samaritano, pro Beelzebub, pro seductore populi, pro homine bibulo & voracc. Et quis nescit, quæ dicta olim fuerint in acerrimum præconem, atque assertorem veritatis, divum Paulum: illum modò hominem seditiosum esse, militem conscribere, secessionem facere: modò esse hæreticum, modò insanire, modò contentionis atque animi causâ in legem Dei blasphemum esse, & patrum instituta contemnere? Quis nescit divum Stephanum statim, cùm penitus intimis animi sensibus veritatẽ accepisset, & eam cœpisset liberè, sicut debuit, & fortiter prædicare, & prę se ferre, statim vocatum esse in judicium capitis, quasi qui contumelias nefariè dixisset *in* legem, in Mosen, in Templum, in Deum? Aut quis nescit fuisse olim, qui sacras Scripturas arguerent vanitatis, quod in illis dicerent contraria & planè pugnantia continerì: & Apostolos Christi singulos inter se, Paulum verè ab omnibus dissensisse.

Joan. 7, 8, 9, 10. Mat. 11.

Act. 16. Epiphan.

Marcion ex Tertulliano. Ælmuè Lactantio.

σημεῖα μηδὲν ἀνθ' ἑαυτῆς ἔχουσα, ἢ ἐναντία τῇ θεῷ· καὶ τὰ ζωύφια τῷ αὐτῆς ἓν καὶ ἀληθῶς θεὸν εἰλικρινῶς σεβομένοις. Οἶδα γὰρ ὅτι καὶ ἡ θεία γραφὴ τὸν σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, ὅτε ἐν ἀληθείᾳ ἐδίδασκε, γόητα, καὶ ποιοῦντα, ἀπατεῶνα τὸν λαὸν, Βεελζεβοὺλ, Σαμαρείτην, οἰνοπότην, καὶ τελώνων ἑταιρῆσαι. Καὶ τίς ἀγνοεῖ, τὰ κατὰ τὸν δεινοπάθειαν ἀληθῶς ἄνδρα καὶ ἀποστολικὸν ἀγῶνα τοῦ ἁγίου Παύλου, ποτὲ μὲν ὡς ταπεινόφρονα, καὶ ἐρασπάστας συλλέγοντος, καὶ ἐπισκήνου παρὰ ὃ, ὡς ἀρετικοῦ ὄντος, καὶ διδασκάλου νέων, καὶ παρὰ πολὺ φιλανθρωπίαν τὸ θεῖον νόμου βλασφημοῦντος, καὶ πολλῶν ἐθνῶν ἀλιεύοντος; τίς ἀγνοεῖ δὲ ἅγιον Στέφανον, ὃν ἐπειδὴ παρὰ πολὺ ἀληθείαν ὁλοκλήρως εἰσηγέγκατο εἰς τὸ μέσον, καὶ ἀπεφαίνετο (ὡς δὴ φάσκουσι) καὶ μετὰ παῤῥησίας κηρύττοντα τὸν αὐτὸν, καὶ ἐξομολογεῖσθαι ἐπέβαλεν, ἐνθὲν γε τὸν τοῦ θανάτου λίθου ἔφυγεν, ὡς φεῦ τὸν νόμον καὶ τῶν Μωϋσέως, καὶ Προφητῶν, καὶ τοῦ θεοῦ ἀνθίστασθαι βλασφημοῦντα; Ἢ τίς ἀγνοεῖ γεγένθαι πολλοὺς μὲν, πολλοὺς δὲ ἀφθόνως ὑπὸ ἱερέων γραφὴν καταγνόντας, φάσκοντες ἐναντία, καὶ ἀσύμφορα πεπαιδεῦσθαι ἡμᾶς; ἐπειδὴ δὲ τῇ χειρὶ ἁπτόμενος καὶ ἕνα ἕκαστον ἑαυτῶν, τὸν τε Παῦλον συμπαίσαν ἀνεπο-

Eusebius lib. 5. cap. 1. dissensisse. Et ne longum sit omnia colligere, id enim esset infinitum, quis nescit, quæ olim convitia jacta fuerint in patres nostros, qui primi cœperunt agnoscere & profiteri nomen Christi, illos inter se conspirare, & occulta consilia inire contra Rempub. & eâ causâ antelucanis horis inter se in tenebris convenire, occidere pueros infantes: explere se humanis carnibus, & ferali ritu bibere humanum sanguinem: postremò extinctis luminibus, adulterium inter se, & incestum promiscuè perpetrare, & fratres cum sororibus, filios cum matribus, sine reverentia sanguinis, sine pudore, sine discrimine concumbere, homines impios, sine religione ulla, sine Deo, hostes humani generis, indignos luce, indignos vitâ?

Tertul. 3. Apologet. 1, 2, 3 & 7, 8, 9.

Ista tum omnia dicebantur in populum Dei, in Christum Jesum, in Paulum, in Stephanum, in eos omnes, quicunque primis temporibus amplexi sunt veritatem Evangelii, & se passi sunt odioso tum in vulgus nomine, appellari Christianos. Et quamvis ea non essent vera, id tamen Diabolus satis putabat sibi fore, si effeciset saltem, ut crederentur esse vera, utque Christiani publico omnium odio

Tertul. in Apolog. c. 3.

νοχέναι; ἵπως ἢ μὴ μακρολογῶμεν, ἐκεῖ τὰ καθ' ὕβριν διελπλυθότες, (καὶ γὰρ ἀμήχανον εἰς ἀληθῶς ἂν εἴη,) τίς ἡμῶν τοὺς πατέρας ἡμῶν τοὺς ἀρχαίους τὸ τῆς χειρὸς ὄνομα ἐπηγόρευσε καὶ ὁμολογήσομεν, ὃν τρόπον ἐλαβλήθησαν, εἰς σωφρονίστας καὶ ἐπὶ τὸν κοινὸν λαὸν συμβουλεύοντες, καὶ διὰ παύνυχος ἕως τοῦ ἕω, νυκτὸς ἤδη οὔσης, τοὺς νηπιάζοντας τῶν παίδων ἀναιρεῖν τὰς τῶν σαρκικῶν ἀνδρογύνων ἐμφορηθέντες, καὶ τὸ ἀνδρώπινον αἷμα δηλονότι καταπίοντες· τελευταῖον δὲ τὴν λύσσαν ἐπαφεννυμένων, μοιχεύοντες τὰς σφῶν αὐτῶν, καὶ μεμιγμένοις δὴ, οἱ μὲν ἀδελφοὶ ταῖς ἀδελφαῖς, οἱ δὲ υἱοὶ ταῖς μητράσι σμιγνύντες, καὶ μηδ' ὁπωσοῦν τὴν αἰδῶ ἢ συγγενείας μέλον αὐτοῖς, ἀδιαλείπτως δὲ λαγνεύοντες βδελυκτοὶ, ἀσεβεῖς, ἄθεοι, τῷ τῶν ἀνδρώπων γένει πολέμιοι, ζωῆς ἀπεξαπλῶς ἀνάξιοι;

Ταῦτα μὲν δὴ πάντα εἰς τὸν θεῦ λαὸν τότ' ἐλέγετο, εἰς χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς Παῦλον, εἰς Στέφανον, εἰς πάντας τὸ ἔπος εἰπεῖν ὅσπινες ἀρχὰ τῆς ἀληθείας τῆς εὐαγγελίου τῆς ἀρχῆς ἐπαράζοντο, καὶ τε ἐπαχθέσεσιν τοῖς πολλοῖς ὄνομα χριστιανοὶ χρηματίζοντες ἐνείχοντο· εἰ δὲ καὶ πάντ' ἀληθῆ μὲ οὐκ ἦν, ὁ Διάβολος μέντοι ἱκανὸν ἔσεσθ' ἐνόμιζεν, εἰ πως διαπεφεύξαιτο καὶ δοκεῖν ἀληθῆ, καὶ τοῦ χριστιανὸς κοινὴ κατὰ πάντων μισηθῆναι, καπὶ θανά-

odio laborarent, & ab omnibus ad exitium quærerentur. Itaque reges & principes hujusmodi tum persuasionibus inducti, occidêre Prophetas Dei ad unum omnes: Esaiam ad serram: Hieremiam ad lapides: Danielem ad leones: Amos ad vectem: Paulum ad gladium: Christum ad crucem: Christianos omnes ad carceres, ad equuleos, ad furcas, ad rupes, ad præcipitia, ad bestias, ad ignes condemnare: & rogos ingentes ex illorum vivis corporibus, tantùm ad usum nocturni luminis, & ad ludibrium inflammare: eosque non alio loco numerare, quàm quo sordes vilissimas, & catharmata ac ludibria totius mundi. Sic videlicet semper accepti sunt auctores & professores veritatis.

Suetonius Tranquil. in Nerone.

Quo nos animo æquiore ferre debemus, quicunque professionem Evangelii Jesu Christi suscepimus, si in eadem causa ad eundem tractamur modum, utque olim patres nostri, ita nos quoque hodiè, nullo nostro merito, tantùm quia docemus & profitemur veritatem, convitiis, contumeliis, mendaciis exagitamur.

2 *Tim.* 4.

Clamant hodiè passim nos omnes esse hæreticos, discessisse à fide, & novis persuasionibus atque impiis dogmatibus

Ecclesiæ

σεως ἐξαλειφθῆς. Τοιαῦτοι βασιλεῖς καὶ ὑπῆρχον τοιοῦτοι τινες προφῆται διαβολαῖς ἅπαντας τὸν θεὸν σεσοφίτας διεπεράζοντο. καὶ τὸν μὲν Ἡσαΐαν τῷ πρίονι, τὸν δὲ Ἱερεμίαν τῇ καταβολίᾳ, τὸν δὲ Δανιὴλ τοῖς λέουσι, τὸν δ' Ἀμὼς τῷ μάχλῳ, τὸν δὲ Παῦλον τῇ μαχαίρᾳ, τὸν δὲ χριστὸν τῷ σταυρῷ, τοὺς δὲ χριστιανοὺς ἅπαντας τοῖς δεσμωτηρίοις, ταῖς βασάνοις, τοῖς ξύλοις, ταῖς πέτραις, τοῖς χρημνοῖς, τοῖς θηρσὶ, τῷ πυρὶ κατέκαιον. καὶ πυρὰς λαμπρὰς ἀναπτόμενοι ἐκεῖνοι ἐπὶ ζῶντας ἀπὸ φωτὸς νυκτεινοῦ μεταξὺ χλευάζοντες ἀνέφλεγον, καὶ ἄλλο τι αὐτοὺς λοιδοροῦντες, ὅτι μὴ ῥύπον φαυλότατον, καὶ καθάρματα, καὶ τῶν κόσμου παίγνια. Τοιοῦτοι μὲν οὖν ἐγένοντο πάντα τὸν χρόνον οἱ ἀνθρωποι φεῦ τῆς ἀληθείας εἰσηγηταὶ καὶ συμπράκτορες. Ὥστε μᾶλλον ἐυχαριστοῦντες ὀφείλομεν ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς τὸ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον ἐξομολογούμενοι φρονίμων ἀπ' αὐτῶν ἕνεκα διαπεφωμεν, καὶ καθάπερ ἐν ταῖς ἄνω καμάραις οἱ πρόγονοι ἡμέτεροι, ὅπου νῦν ἡμεῖς ναοί, ἀναξίως μόνον ἐφ' ὅτε τὴν ἀλήθειαν ἐπαγγελλόμεθα καὶ διδάσκομεν, συνεχῶς λοιδορούμενοι καὶ βλασφημούμενοι, καὶ συκοφαντούμενοι διαζελόσωμεν.

Λέγεσι τοίνυν καὶ σήμερον ἐκεῖνα καὶ μᾶλλα σφόδρα γεγωνότες, πάντας ἡμᾶς αἱρετικοὺς εἶναι, καὶ πίστεως ἐξεστηκέναι, καινοῖς τισι πνεύμασι, καὶ δόγμασιν

Ecclesiæ consensum dissipavisse: nos veteres & jam olim damnatas hæreses ab inferis redivivas restituere, & novas sectas, atque inauditos furores disseminare: jam etiam in contrarias factiones & sententias distractos esse, nec ullo pacto potuisse unquam inter nos ipsos convenire: esse homines impios, & Gigantum more, Deo ipsi bellum facere, & prorsus sine omni numinis cura, cultuque vivere: nos omnia rectè facta despicere: non virtutis disciplinâ uti ullâ, non legibus, non moribus, non fas, non jus, non æquum, non rectum colere: ad omnia flagitia laxare fræna, & populum ad omne genus licentiæ atque libidinis provocare; nos id agere, & quærere, ut monarchiæ & regnorum status evertantur, & omnia ad popularem temeritatem & imperitæ multitudinis dominationem redigantur: nos ab Ecclesia Catholicâ tumultuosè, defeciisse, & nefario schismate orbem terrarum concussisse, & pacem communem, atque otium Ecclesiæ publicum conturbâsse: utque olim Dathan & Abiron ab Aarone & Mose, ita nos hodiè à Rom. Pontifice sine ullâ satis justâ causâ secessionem feciisse: priscorum patrum & veterum conciliorum

μασιν ἀνοσίοις τὴν ὁμοδοξίαν τῆς ἐκκλησίας ἀνυ-
ρρικέναι· ἡμᾶς παὶ ἀπεκαλεῖς καὶ παὶ ἐν παλλῷ ἤδη
κατεγνωσμένας αἱρέσεις ἐξ ἀδῆς παλαιμβίους τρόπον
τιν' ἀποκεκαθῆσθαι· κυρίας τε δόξας καὶ φλυαρίας
ξένας διαπεπεῖχθαι. καὶ ὅτι καὶ νῦν ἤδη εἰς ἐναντίας
αἱρέσεις καὶ γνώμας διεστάναι, μηδ' ὅτως τ' εἶναι
πέφυτε συνάδειν καὶ ὁμονοεῖν ἀλλήλοις· ἀσεβεῖν
δὲ καὶ κατὰ τοῦ χαίροντας διαμαχεῖν, καὶ τῆ θεῖα τῆς
τῆ αὐτῆ θεοσεβείας σπουδῆ παρεῖν ἀμελοῦντας τυγ-
χάνειν· τὰ καταδώματα πάντα ἐρημοῦν, μηδε-
μιᾶ χρῆσθαι τῆς ἱερᾶς διδασκαλίας, μηδὲ νόμοις
μηδ' ἤθεσιν· ἐ τὰ δίκαια, ἐ δικαιοσύνην, ἐκ
ὁσιότητα, ἐκ ἀγαθόν τι ὁπτπεύειν. ἔστεως δὲ
καὶ ἀπλῶς ὅτι πᾶσαν μοχθηρίαν διαφέρειν, καὶ
τὸν λαὸν εἰς πᾶν εἶδος ἀκολασίας καὶ ἀσελγείας
ἐκτρέπειν. ἡμᾶς πιεῖσθαι καὶ ἀφανιστεύεσθαι
ὅπως μοναρχῶν διαλελυμένων πάντα γένηται
ὅλη τῆ τε πλήθους ἀκαταστασία, καὶ τῆ ἀναρχία τῆ
τῶν πολλῶν· ἡμᾶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀπο-
σχίσαι, καὶ σῶμα τι ἐξωλέστατον τὸν κόσμον πε-
ριβεβλῆσθαι, καὶ πεπαρέχθαι τ' κοινῆ εἰρήνην καὶ
τῆ παιδημον τῆς ἐκκλησίας ἡσυχίαν· καὶ ἐπ ὃν
τρόπον Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν τὸ Ἀαρὼν καὶ Μωυσέως,
τ' αὐτὴν ἡμᾶς τὸ Ῥωμαϊκὸ Ἀρχιερέως δωρεὰν
ἀφεῖσθαι, τ' πάλαι πατέρων καὶ συνόδων τ' αὐ-
θεντίαν

rum auctoritatem pro nihilo putare: cæremonias antiquas à patribus & proavis nostris multis jam seculis, bonis moribus, & melioribus temporibus approbatas, temerè & insolenter abrogâsse: & nostrâ tantùm privatâ auctoritate, injussu sacri & Oecumenici Concilii, novos in Ecclesiam ritus invexisse: atque ista nos omnia non religionis causâ, sed contentionis tantùm studio fecisse: se autem nihil prorsus immutâsse, omnia verò ut ab Apostolis tradita, & ab antiquissimis patribus approbata fuerint, ad hunc usque diem per tot secula retinuisse.

Néve res caluniniis tantùm agi, & ad invidiam nostram in angulis solùm jactari videretur, subornati sunt à Romanis Pontificibus homines quidam satis diserti; & non indocti, qui ad causam desperatam accederent, & eam libris & longis orationibus exornarent; ut cum eleganter & copiosè ageretur, homines imperiti possent in ea aliquid esse suspicari. Videbant scilicet, ubique terrarum causam suam inclinare, artes suas jam videri, & minoris putari, & præsidia sua in singulos dies labefactari: & omnino causam magnopere egere patrocinio

ζοντῶν παρ' ἐδὲν ποιῆσαι, ταὶς τελεταὶς ἀρχαίαις,
ταὶ τῆς πατρίδος χὴ σωτηρίοις ἡμῖν συγχὸν
χρόνον ὅδε καιρῶν βελτίονων, καὶ ἀσφαλεστέρων
ἡδέως ἀναμένοντες εἰκῆ δ' χὴ ἀσεβῶλως ἀκυρῶσαι,
χὴ ἐκ τῆς ἐδίας ἐαυτῶν ἐξουσίας ἄνευ συνόδου πάσης
οἰκουμενικῆς ἔδη χαμαὶ ἐπανορθώσεται τὴν ἐκκλησίαν, χὴ
ταῦθ' ἁπαντα παιζειν μὲν θρησκείας ἕνεκεν, ἀλλὰ
φιλονεικίας ἐπαρθέντας. Σφᾶς δ' μᾶλλον τὸ δίκαι-
ον καὶ κοινωφελὲς, ἀλλὰ παρ' ὁμοίους ἀεὶ τοὺς πρὸ
ὅδων μὴ ἐν ἀπόρῳ ὄντας, ἐν δ' ἐφηδόμενον τοῖς πα-
τέρων ἐθισμοῖσιν, κ' χρεὼ χὴ τῆς τιμιωτέρας ἡμέρας,
τῆς ἐπὶ τῷ τελευταίῳ τοῦ ἐνιαυτοῦ διαφυ-
λάξαι. Ὅπως δ' τὸ πρᾶγμα μὴ χρεὼ συχνοὺς
πόνους σῆναι, κὴ χαίρομεν ὅτι τῶν μὲν διστάντων
ἡμᾶς εἰς μίαν ἑορτὴν συνιέναι μὴ δοκοῦσι, πα-
ρεσκεύασεν ὁ Ῥωμαῖος ἀρχιερεὺς μὴ θρύπτειν τι-
νὰς πατρίους ἐθισμοὺς τοῦ λέγειν δοκοῦντας, ὡς τὴν ἀπο-
στολικὴν ὑπόθεσιν εἰσκομίσαντας, βίβλοις δ'
μαχηταῖς λόγοις καταπλουτίσαντας, ὅτι μὴ μᾶλλον ζη-
μιοῦσι κὴ διὰ πλειόνων ἐξεταζομένη τοῖς
ἀπείροις τῆς ἀληθείας τῶν ἐναντίων φανῆ. Καὶ
ὁρᾶν, εἴπερ ὀλιγότη τὰ ἀφετέρου σπουδάζον-
τες ἀγειν θεὸς τὸ κρεῖττον, κὴ τὰς πλάνας ἡμῶν ἐκ-
καθάρας χαρεῖς, κὴ σφᾶς ἐλαττον ἀποδεῖσθαι, τὰ
τε φρονεῖν καθ' ἑκάστην μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἀνθρώ-
πους, κὴ σωτῆρος φάναι, τὴν δίκην μᾶλα σφόδρα
ἐκφεύξ σωτηρίας.

Ὡς

nio. Eorum autem, quæ ab illis in nos dicuntur, partim manifestè falsa sunt, & ipsorum à quibus dicuntur, judicio condemnata: partim, etsi falsa sunt illa quoque, tamen speciem veri aliquam & similitudinem præ se ferunt, ut in illis incautus lector, maxime verò, si accedat illorum composita & elegans oratio, facilè circumveniri, & errare possit: partim verò sunt ejusmodi, ut ea nos non tanquam crimina refugere, sed tanquam rectè atque optimâ ratione facta, agnoscere, & profiteri debeamus. Nam ut uno verbo quod res est dicamus, isti omnia nostra, etiam ea, quæ ne ipsi quidem negare possunt recte, atque ordine esse facta, calumniantur, & quasi nihil à nobis aut fieri, aut dici rectè possit, ita dicta nostra, factaque omnia malitiosè depravant. Simpliciùs quidem & candidiùs agendum erat, si verè agere voluissent. Nunc autem nec verè, nec Christiano more, modóque, sed obscurè & veteratoriè, mendaciis nos oppugnant: & cœcitate populi & insciti, atque ignorantiâ principum, ad odium nostri, & ad opprimendam veritatem abutuntur. Est hæc potestas tenebrarum, & hominum stupore magis imperitæ multitudinis &

tenebris,

Ὧν δὲ λέγουσιν εἰς ἡμᾶς, τὰ μὲ φανερῶς ψευδῆ ὄζι, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις κατεγνωσμένα, τὰ δὲ καὶ αὐτῶ ψευδῆ μὲν ὄντα, πιθανότητα μέντοι, καὶ τῆς ἀληθείας ὁμοίωσιν τὴν ἀμυδρότερος ἐμφαίνει, ὥστε τὸν ἀφελῶς ἀναγινώσκοντα, μάλιστα δ' ἂν χαλεπῶς γεγραμμένα τυγχάνῃ, ῥᾳδίως φρεναπατᾶσθαι καὶ διαμαρτεῖν· τὰ δ', πιθανὰ, οἷα ἡμᾶς ἐκ ὄπως ἐξ. ἀρνες γενέσθαι δεῖ ὡς πλημμελήματα, ἀλλ' ὡς ἐυ. καὶ τρόπον ἔχοντα ἀναδέχεσθαι καὶ φερεπονείσθαι. Ὡς γὰρ ἑνὶ λόγῳ τὸ κεφάλαιον ἐκλαβεῖν, ἔστιν καταβάλλουσιν ἡμέτερα πάντα, καὶ ταχέως δὴ ἃ αὐτοὶ ἐξαρνεῖσθαι οἵοίτ' εἰσὶ, μὴ καλῶς αὐτὰ ὀρθῶς πεποιῆσθαι. καὶ φανερᾶνει μηδὲν παρεῖναι ἢ λέγειν, ἢ φέρειν δυναμένῳ ἂν φρεπόντως, ὅπως σαφῶς τὰς τε λόγους ἡμῶν καὶ τὰς φερούσας παρερμηνεύσι. Καίτοι ἔχειν αὐτὰς ἀφελέστερον φερσφερεῖς ἡμῖν καὶ ξυγγνωμονέστερον, εἴγε ἡ ἀληθείας ἔμελλον σοφίζεσθαι. Πλὴν ὅτ' ἀληθῶς τε χρισιανικῶς τὰ νῦν εἶναι, καθαίρεσις ἢ καὶ ἐνέργως ἡμῖν ἐπιδεικνῦται, κατεχόμενοι δήπε ὑπὸ πολλῶν τυφλότητι, καὶ ἀπαιδευσία, καὶ τῇ ἀνοίᾳ τῶν ἀρχόντων ἐφ' ᾧ μισοῦνται μὲν ἡμῶς, καὶ ἀληθείαν βιάζεσθαι. Τοσαύτη μὲν δὴ τὰ ἀνθρωπίνη δύναμις καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῇ τῶν ἀνοήτων πλήθους ἀνωφελεία καὶ τῷ σκότει μᾶλλον, ἢ τῷ

tenebris, quam veritate aut luce fidentium, utque Hieronimus ait, clausis oculis veritati perspicue contradicentium. Nos verò Deo optimo maximo gratias agimus, eam esse causam nostram, in quam isti cùm cuperent, nullam contumeliam possent dicere, quæ non eadem in sanctos patres, in Prophetas, in Apostolos, in Petrum, in Paulum, in Christum ipsum torqueri posset.

Jam verò si istis ad maledicendum disertis & eloquentibus esse licet, nos in optima nostra causa ad vere respondendum, haud sanè convenit esse mutos. Negligere enim quid de se, suâque causâ, quamvis falsè, & calumniosè, dicatur, præsertim cùm id ejusmodi sit, ut in eo Dei majestas & religionis negotium violetur, hominum est dissolutorum, & ad injurias divini nominis, securè atque impiè conniventium. Etsi enim aliæ injuriæ sæpe magnæ ab homine modesto, & Christiano ferri ac dissimulari possint, tamen hæreseos notam qui dissimulet, cum Ruffinus negare solebat esse Christianum. Faciemus ergo nunc id, quod omnes leges, quod vox naturæ ipsa jubet fieri, quódque Christus ipse in simili causâ contumeliis appetitus fecit, ut

istorum

τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῷ φωτὶ πιστεύοντων, καὶ τῷ ποιεῖ-
των δι', οἱ (καθάπερ φησὶν ὁ Ἱερώνυμος) τὴν ἀλη-
θείαν μόνον τῇ φανερῶς ἀνταλέγουσιν. Ἡμεῖς δ'
τοῖς τῷ σωτηρίαθ χάριν ὁμολογοῦμεν, ὅτι τοιοῦ-
τα ἡμῖν χαρίζεται λόγια, ἐφ' οἷς τελοῦντ' ὁ ἀγῶνα, ἐπὶ
τῶν αὐτοῖς μάλα βλεπομένοις ἢ ὅμως οὐκ ἔχουσι
καβάλλειν εἰς ὕλην, ἢ, τῷ μὴ χ' τοῖς ἀγίοις πα-
τράσι, καὶ τοῖς Προφήταις, χ' τοῖς ἀποστόλοις, καὶ
τῷ Πέτρῳ, καὶ τῷ Παύλῳ, καὶ τῷ Χριστῷ αὐτῷ
ἀμύσειαν ἄν, ὅτε τοίνυν αὐτοῖς ἔξεστιν ἐν τῷ
κληρολογεῖν δεσπαῖς τ' εἶναι καὶ ῥητορικοῖς. ὅτε
τοῦτ' αἰσχρὸν ἡμῖν ἐστὶ τῷ δημιουργῶν ἀπολο-
γουμένοις. Τὸ γὰρ ἀμελεῖν ἢ πρὸς αὐτῶν λεγ-
ῶν, χ' τῆς σφετέρας διδασκαλίας, καὶ εἰ ἀληθὴς ἦν
τῷ, μᾶλλον δ' ἐπειδὴ εἰς τὸν τῶν ὅλων μεγαλεῖον
τα, χ' τὰν ἀλήθειαν ἀνήκει, τότε δηλαδὴ μᾶλ-
κῶν δεῖ, χ' τ' ἀλύπως τε χ' ἀσκόπως τ' ἄλλων ὑπερ-
μενον παιδόντων. εἰ μὲ γὰρ τὰλλ' ἀδικήματα, χ'
μεγάλα δὴ φέρεθαι· δίκαιον ἦν ἐκ' ἀνδρὸς
σμιν καὶ χειμαυῆ, πλὰν ἀλλ' ὅστις τῆς αἰρέσεως
καλέμεν Θ' ἀνέχεθ', τότον ὁ Ῥωμῖν Θ' χειμα-
ν εἶ μὴ φησεῖς. Ποιητέον ἄρα γὰρ ἡμῖν, ὁ
τες οἱ νόμοι, ὅθεν φύσις ἡμῖν μικρὰ φωνὴν
ρίεται ποιεῖν χελιδὼν, ὁ χ' χριστὸς ἐποίησεν· ὅτι
τοῖς ὁμοίοις συκοφαντοῦμεν Θ', πρῶτον πειρατέον

istorum criminationes propulsemus, ut causam innocentiamque nostram modestè & verè tueamur. Nam Christus quidem cùm à Pharisæis accusaretur veneficii, quasi consuetudinem haberet cum dæmonibus, & illorum ope multa faceret: Ego (inquit) Dæmonium non habeo, sed glorifico patrem meum: vos autem afficistis me ignominia. Et Paulus cùm à Festo proconsule contemneretur, ut insanus, Ego, inquit, optime Feste, non insanio, ut tu putas, sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Et Christiani veteres cùm pro homicidis, adulteris, incestis, rerumpublicarum perturbatoribus ad populum traducerentur, & viderent hujusmodi criminationibus in dubium vocari posse religionem quam profitebantur, maxime verò, si tacere viderentur, & quodammodo crimen agnoscere, ne ea res Evangelii cursum impediret, habuerunt orationes, scripserunt libros supplices, apud imperatores & principes verba fecerunt, ut sese suosque publicè defenderent.

Joan. 8.

Act. 26.

Quadratus. Justinus. Melito. Tertul. aliique.

Nos verò, cùm proximis istis viginti annis, tot millia nostrorum fratrum inter exquisitissimos cruciatus testimonium dixerint veritati, & principes, cùm frenare

τας μ ἐκείνων διαβολας διαλύσασθαι, τ δ' ἀκακίαν ἡμῶν ἀληθῶς χ εὐτείαν παριστάναι. Ο Χριστὸς γὰ αἰτιασθεὶς ὑπὸ τῶν φαρισαίων τ ζωτείας εἰς δαιμόνιον ἔχειν πολλὰ διαφέξαιτο τῇ παρ' ἐκείνου βοηθείᾳ, ἐγὼ δαιμόνιον, φησὶν, οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τ πατέρα μου, χ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με. Καὶ Παῦλος καταφρονηθεὶς ὑπὸ φησὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς περικαθάρματα, ὡς περίψημα, φησὶ, κρατίστε φῆστε, οὐχ ἀληθείας χ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι. Καὶ οἱ παλαιοὶ χριστιανοὶ ὅτε διεβάλλοντο πρὸς τῶν πολλῶν ὡς ἀνθρωπόφαγοι, μοιχοὶ, πόρνοι, σπερμολόγοι ὄντες, χ ἔθη τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων ἔπαθον χ ὑπὲρ τ θρησκείας, ἧς ἐπηγγέλλοντο, μέλλειν διαπορηθήσεσθαι, μᾶλλον δ' ἐφαίνοντο σιωπῶντες, χ τὰ αἰτιώματα ὁμολογοῦντες, μήπως ἄρα ἡ τ εὐαγγελίου ἐπίδοσις ἐμποδισθῇ λόγους ἐποίηντο, χ συγγράφειν ἱκετείας, χ πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας χ βασιλεῖς διελέγοντο, χ παρρησίᾳ σφίσιν αὐτοῖς ἐπέμενον.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τοσαῦτα χιλιάδες τῶν ἀδελφῶν ἡμετέρων εἰκὸς ἐνίοις τοῖς ἄρτι παρελθοῦσι διὰ βασάνων χαλεπωτάτων τὴν ἀληθείαν ἐμαρτύρησαν, χ οἱ Ἄρχοντες οἱ ἀνακάθεν βα-

frænare cuperent Evangelium, multa moliendo nihil egerint, & totus jam propè terrarum orbis ad aspiciendam lucem oculos incipiat aperire, satis jam dictam & defensam putamus esse causam nostram: cùmque res ipsa satis pro se loquatur, non multum opus esse verbis. Nam si Pontifices ipsi vellent, aut etiam si possent, rem ipsam secum, & initia progressusque religionis nostræ cogitare, quemadmodum, sua penè omnia nullo impellente, sine ulla humana ope ceciderint: nostra verò invitis ab initio imperatoribus, invitis tot regibus, invitis Pontificibus, invitis propè omnibus, incrementa ceperint, & paulatim in omnes terras propagatæ fuerint, atq; etiam postremò in regum jam aulas & palatia pervenerint, vel hæc ipsa satis illis magna indicia esse possent, Deum ipsũ pro nobis propugnare, & ipsorum conatus de cœlo ridere, & eam esse vim veritatis, quam nec humanæ vires, nec inferorum portæ possunt convellere. Non enim insaniunt hodie tot civitates liberæ, tot reges, tot principes, qui à sede Romana defecerunt, & se potius ad Christi Evangelium adjunxerunt.

Neque tamen si Pontificibus otium hactenus

λόμενοι τὸ εὐαγγέλιον μεταξὺ αὐξανόμενον πολλὰ σπαργάνωμενοι τὸ τέλος ἀπρόσκοπον ἀπολάξαντο· καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἀνεσχημένων ἤδη ποτὲ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ φῶς ἐλέπειν ἐπήρξατο· τὰ μὲ ἡμέτερα ἱκανῶς ὁμολογημένα, καὶ ἀποδεδεῖχθαι νομίζομεν, τὸ δὲ λόγων ἐδ' ὅλως δεῖσθαι, τὸ γε σεσιγμάτων αὐτῶν ἀπολογησαμένων. Καὶ γὰρ εἰ βέλοιντο οἱ ἀρχιερεῖς, ἢ καὶ δύναιντ' ἂν τὰ ἐγγράμματα, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ὁπαδόσεις τῆς θρησκείας ἡμετέρας ἐνδυμεῖσθαι, ὡς τὰ μὲν ἑαυτῶν ἅπαντα σφόδρα ἀπὸ τούτου μὴ δὲ ἀνθρωπίνου βοήθειαν κατερρύπωσαν, τὰ δ' ἡμέτερα κατηρχὰς ἀκόντων μὲ τῶν βασιλέων, ἀκόντων δὲ τῶν αὐτοκρατόρων, ἀκόντων ἀρχιερέων, ἀκόντων ὁλίγου δεῖν ἁπάντων ἠνέχθη, καὶ κατ' μικρὸν εἰς πάντα τὰ οἰκουμένης χωρία διῆλθε, καὶ τελείταιον εἰς τὰς βασιλικὰς αὐλάς τε καὶ ἀνακτόρια ἐπεισήλθε· ῥᾳδίως ἂν τις καὶ ἐκ τούτων σημείων διαγνοίη τὸ θεῖον ἡμῖν μὲ συμμαχοῦν· τὴν δὲ σφετέραν ὀχυρωμάτων ἐξ ἐρημῶν καταγελῶντα, καὶ πασάντων ὕβριν τ' ἀληθείας τὸ ἰσχὺν, ὅσῳ ἀνθρώπινα δυνάμεως ἀνθρωπίνης, ὑπ' αὐταὶ τὸ ἅδε πύλαι κατακρατεῖν δύναιτ' ὤσιν. Οὐ γὰρ μείζονα τινα σημεῖα πασῶν τῶν πόλεων ἐλάβομεν, τοσοῦτοι βασιλεῖς, τοσοῦτοι ἄρχοντες, ὅσοι τὸ Ῥωμαϊκῆς καθέδρας ἀρεσθέντες ἀφιερώσειαν τῷ τὸ Χριστοῦ εὐαγγελίῳ σεσπολεῖν τε. Καίτοι εἰκὸς εἰ τοῖς ἀρχιερεῦσι συμβαίνει

hactenus nunquam fuit de istis rebus attentè & seriò cogitandi, aut si nunc aliæ illos curæ impediunt, & diversè distrahunt, aut si illa studia vulgaria & levia esse putant, & nihil ad dignitatem Pontificiam pertinere, idcirco causa nostra debet videri deterior; aut si illi quod vident, videre fortè nolunt, & veritatem agnitam potius oppugnant, idcircò nos habendi statim sumus pro hæreticis, qui illorum voluntati non obsequimur? *Pius 4.* Quòd si Pius Pontifex is esset, non dicimus, quem se tantopere dici cupit, sed si is omnino esset, qui nos vel fratres suos, vel omnino homines esse duceret, rationes prius nostras, & quid à nobis, quid contra nos dici posset, diligenter expendisset: ac non ita temerè cœcis tantum præjudiciis, bonam partem orbis terrarum, tot doctos & pios viros, tot resp. tot reges, tot principes in Bulla sua, qua nuper simulabat concilium, inauditos, indicta causa, condemnâsset.

Verùm, ne, quia ad hunc modum publicè ab illo notati sumus, tacendo videamur crimen confiteri, & præsertim quia in publico concilio, in quo ille nemini mortalium jus esse vult ferendi suffragii, sententiæque dicendæ, nisi jurato addicto

μέχρι τῆς δε συμβάσης σχολῆς, τούτοις ὑπισχνοῦμαι, καὶ τὸν νοῦν προσέχειν· ὑδ' εἰ δεῖ πυκνοτέρας ἐν τῷ παρόντι ποιεῖσθαι τὰς ὁμιλίας τῶν πολὺ τούτων ἀπηρτημένας· ὑδ' εἰ τοιαύτας μὴ τῷ σχολῶν φαύλας, καὶ τῶν τυχόντων εἶναι, τῷ καὶ τῷ ἀρχιερέων ἀξιώματι καὶ πρέπειν ἡγοῦνται· ἃ διὰ τοῦτ' οὐδὲν πλὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν κακίαν φαίνεσθαι χρὴ· ὑδ' εἰ βλέπειν μὲ ἃ βλέπουσιν, ἴσως ἀπαξιοῦσι, τῇ δ' ἀληθείᾳ γνωσζομένῃ μᾶλλον ἀνθησάναι προσήκοντο· διὰ ταῦτα ἡμᾶς αὐτοὺς μὴ πειθαρχοῦντας αἱρετικὺς νομιστέον εἶναι. Πῶς τοίνυν ὁ Ἀρχιερεὺς εἰ ταῦτ' ὢν ἐπύγχανεν ἐκ προσδοκίας, ὅτι περὶ ἑαυτὸν προσαγορεύεσθαι φιλοτιμεῖται, ἀλλ' εἰ τοιοῦτ' ἦν ὑπῆρχεν, οἷ' ἡμᾶς ἢ τοὺς ἀδελφοὺς ἑαυτοῦ, ἢ καὶ πάμπαν ἀνθρώπους οἰηθῆναι, προτέρως ἂν ὀπισθοτόνως ἐξήπτατε τὰς διαμολογίας ἡμετέρας, καὶ τί μὲ ὑφ' ἡμῶν, τί δ' εἰς ἡμᾶς λέλεκται, κατεμανθάνειν ἂν, καὶ δ' ἐξ ἀλόγου τινὸς δυσποτίας ὁρμώμενον πλησμονὴν μέρος τ' ὀκνηρίας, τοσούτους ἄνδρας εὐσεβεῖς καὶ πεπαιδευμένους, τοσαύτας πολιτείας, τοσούτους βασιλεῖς, τοσούτους ἄρχοντας ἐν τῷ ἑαυτοῦ διαβάλλατε, δι' ἣν οὐνοῦν ἀδικεῖν ἔναγχος προσεποιεῖτο, ἕτω προπετῶς ἔφθητεν αὐτίτας καὶ ἀπίστου προσκατηγορήσοντες. Μὴ γὰρ ἐμοῦ ἡμεῖς οἱ τοσοῦτοι τῷ ὄντων ἐν αὐτῷ φανερῶς ἀπιστοῦντες, ἀλλὰ τὴν σιγὴν τὴν ἡγεμονίαν δοκοῦσιν ὁμολογῆσαι, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ἐπὶ συνόδου κοινῆς ἐν ἡ μηδενὶ χρεὶζ ἦν ἀντιφθέγγεσθαι φέρειν ἐξουσίαν, καὶ τῶν γνώμην ἀποφήνασθαι,

πλὴν

dictoque potestati suæ, audiri nullo modo possumus (id enim proximis comitiis Tridentinis nimiùm experti sumus, cùm principum Germaniæ, & liberarum civitatum legati & theologi prorsus ab omni conventu excluderentur: neque adhuc oblivisci possumus Julium tertium ante decem annos diligenter caviſſe rescripto suo, ne quis nostrorum hominum in concilio audiretur, nisi si quis forte esset, qui vellet palinodiam canere, & mutare sententiam) vel eâ maximè causâ visum est nobis rationem fidei nostræ scripto reddere, & ad ea, quæ nobis publicè objecta sunt, verè & publicè respondere; ut orbis terrarum videre possit, partes & fundamenta ejus doctrinæ cui tot boni viri postposuerunt vitam suam, utque omnes intelligant cujusmodi tandem homines illi sint, quidque de Deo & religione sentiant, quos Romanus Episcopus, antequam vocarentur ad dicendam causam, non satis consideratè, nullo exemplo, nullo jure, tantùm quòd illos audiret à se suisque in aliqua parte religionis discrepare, condemnavit pro hæreticis.

Et quamvis D. Hieronymus in suspicione hæreseos neminem velit esse patientem,

πλὴν εἴ τις ὁμόσας αὐτὸν ἀντιβλέψειεν, λόγῳ μισθαμοῦ τύχοιμι (τοῦτο γὰρ καὶ πεπονθέναι λέγειν ἀκειβῶς ἐν τῇ φωνῇ Τευθαντίνῃ συλλέγω, ὑπίκα δὲ οἱ ἀπ' Ἰερμανίας ἄρχοντες, ὅτε πόλεων ἐλευθέρων ἀφίσβεις καὶ ἀπολόμοι παντελῶς ἡ συμβολὴ ἐξειέργοντο· καὶ μικὸ ἔπου γε δυναμίδι αὖ ὑπλαθίδας τὲ τὸν Ἰύλιον τρίτον ἀφ' δικαστὰς τοῖς χαμαιπίτοις ἀπεστῆν μισθένας τὴν ἡμετέρων λόγῳ τυχεῖν ἐν τῇ συμβολῇ, πλὴν ἔιτις παλιναρδίαν ἔτνις τὴν γνώμην μεταβαλεῖν) δὲ μάλιστα ἔδοξεν ἡμῖν διὰ χραμμάτων τῆς πίστεως ὑμετέρας λόγῳ δηλῶναι, καὶ σφᾶς τὰ φανερᾶς ἡμῖν πεφιλημένα φανερᾶς τ' καὶ ἀληθῶς ἀπολογεῖσθαι· ἵνα πᾶς ὑπόσαμος μισθὸν, τά τ' μέρη καὶ πᾶς ὑπαδέκτης ἐκείνης τῆς διδαχῆς ἧς τοσαύτας τὴν ἀγαθῶν ἀνθρώπων τὸν ἑαυτῶν βίαν ὕστερον ἔδωκεν· καὶ δυνᾷ ὅπως ἂν εἰσι γνησίως παῖδοί τινες ὑπάρχεσι, καὶ πῶς ἀφ' τὰ δικ' καὶ τῆς θρησκείας φερούσης, ἐς δὲ ὁ Ῥώμαῖ ὑπόσμος πρὸ ἀεὶ ἂν ἐς τὸ δικαστήριον ἐσπήρχοντο, ἀβλαβῶς, ἀνδρίως, ἀδόλως τῆς αἱρέσεως κρατέκειν· τοῦτο μόνον πυθόμενος, ὅτι ἀφ' θρησκείας διαφέρονται ταῖς δόξαις πρὸς πὰ ἀμφ' ἑαυτόν. Εἰ δὲ καὶ ἄλλος ἱερώνυμος μισθὸν ὕστερον ἐπὶ τῇ αἱρέσει γνόμενον ἀξιοῖ μεῖζον

entem, nos tamen nec acerbè, aut dicaciter agemus, nec efferemur iracundia, quanquam nec acerbus, nec dicax videri debet, qui vera dicit. Istam eloquentiam libentiùs relinquimus adversariis nostris, qui quidquid in nos dicunt, quantumvis id acerbè aut contumeliosè dictum sit, tamen satis modestè & appositè dictum putant: verène an falsò, nihil curant. Nobis his artibus opus non est, qui veritatem defendimus.

Quòd si docemus sacrosanctum Dei Evangelium, & veteres Episcopos, atque Ecclesiam primitivam nobiscum facere, nósque non sine justa causa, & ab istis discessisse, & ad Apostolos, veterésque catholicos patres rediisse, idque non obscurè, aut vafrè, sed bona fide coram Deo, verè, ingenuè, dilucidè, & perspicuè facimus: si illi ipsi qui nostram doctrinam fugiunt, & sese catholicos dici volunt, apertè videbunt omnes illos titulos antiquitatis, de quibus tantopere gloriantur, sibi excuti de manibus, & in nostra causa plus nervorum fuisse quàm putarint, speramus, neminem illorum ita negligentem fore salutis suæ, quin ut velit aliquando cogitationem suscipere, ad utros potiùs se adjungat. Certè quidem,

φρόνον ἔδ). ἐ μὴν ἀλλ' ἡμεῖς γε οὐδὲν ὅτε πικρῶς, οὔτε φιλοσκώμμόνως ἐρροῦμεν, οὐδ' ὀργῆ λίαν ἐπαρθησόμεθα· καίτοι τοὺς ἀληθεύοντας ἀδαμῶς ἢ πικρὸς ἢ φιλοσκώμμονας χρὴ δοκεῖν. Ἀλλ' ὅμως ταύτης τῆς δηριότητος παραχωρεῖμεν ἥδιστα τοῖς ἡμῶν ἀντιδίκοις, ὅτις πᾶν ὅ, τι ἂν λέγωσι, κἀνεὶ πικρῶς καὶ ὑβριστικῶς εἰρημένον τυγχάνῃ, δεξιῶς μέντοι καὶ φρονίμως ἔχειν νενόμικεν· πότερον δ' ἀληθῶς ἢ ψευδῶς, αὐτοῖς ὧδε χρὴ διαφέρει. Πλὴν ἡμῖν τρίτον τὸν ἀλήθειαν ἐφαπτίζουσιν, ἤκιστα φρονδὲν τοιούτων πεπραγμάτων.

Ἐκὼν τοίνυν ἀποδείξομεν τὸ πρωτεῖον τε θεῖον εὐαγγέλιον, καὶ τοὺς παλαιοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν μᾶλλον εἶ· καὶ ἡμᾶς οὐκ ἀπικῶς αὐτοῖς ἐκείνοις μὲ ἀποταξαμένους, τοῖς τοὺς ἀποστόλους ὄν καὶ τοὺς παλαιοὺς καθολικοὺς πατέρας ἐπιμελουμένους· καὶ παῦτ' οὐκ ἀμαυρῶς ἢ παρέργως, ἀλλὰ μετ' ἀγαθῆς ἐνώπιον θεοῦ συνειδήσεως, ἀληθῶς τε καὶ ἀδόλως φανερὰ ποιήσωμεν ἐὰν ἐκείνοις αὐτοῖς, οἱ τὸν μὲ ἡμετέραν διδαχὴν ἀποκυοφάντον ἦ, καθολικοὶ ὄν λεγόμενοι χαίρουσι, καταδηλον γένηται, πάσας ἐφ' αἷς ὅτω κεκρίκασι ἦ ἀρχαιότητος θεσπιφείας, ὅτε μεῖζον, ὅτ' ἔλαττον αὐτοῖς θεσσάκιν, καὶ τὰ ἡμέτερα κατὰ πολὺ τὴν ὑπαρχούσης δόξης βεβαιότερα τυγχάνειν, ἐλπίζομεν ἐδένα τὴν σωτηρίας ὅτως ἀμελῶς ἔξειν, ὅστις ἂ διασκέψηται θεὸς ἑαυτῷ μὴ τῆς γεγονυίας ἀκριβείας, ὁποτέρων χρὴ μᾶλλον γενέσθαι. Ἀμέ-

dem, nisi quis planè animo obdurauerit, & audire nolit, cum non pœnitebit animum ad defensionem nostram adverte-re, & quid à nobis, quamque ad religionem Christianam convenienter, apteque dicatur, attendere.

Nam quod nos appellant hæreticos, est illud crimen ita grave, ut nisi videatur, nisi palpetur, nisi manibus digitisque teneatur, credi facilè de homine Christiano non debeat. Est enim hæresis destitutio salutis, abjectio gratiæ Dei, discessio à corpore & Spiritu Christi. Sed fuit hoc semper istis, & illorum partibus familiare ac solenne, ut si qui essent, qui de illorum erroribus quærerentur, & religionem cuperent restitutam, eos statim quasi novatores rerum & homines factiosos, condemnarent pro hæreticis. Christus enim non alia causa dictus est Samaritanus, quam quòd ad novam quandam religionem, & ad hæresim defeciisse putaretur. Et Paulus Apostolus Christi vocatus est in judicium, ut causam dice-
Act. 24. ret de hæresi. Ego quidem (inquit) juxta hanc viam, quam isti vocant hæresim, colo patrium Deum, credens omnibus quæ scripta sunt in Lege, & in Prophetis.

Breviter,

λειν χρεὼν τὸν μή τις λίαν ἐμμελογούμων ἢ, καὶ τὰν-
τα πᾶσιν ἀνήκοος, ἢ ἐκ ἂν μεταμελήσειεν αὐτῷ,
τὴν ἡμῶν ἀπολογίαν νοεῖν ἀκριβῶς ἔχειν, καὶ σκοπεῖν,
ἅττα ποθ' ἡμῶν λέγεται, ὡς ἀπειλεῖ καὶ καὶ αἱρε-
φωνάτη τῆς χριστιανῶν θρησκείας.

Ἐπειδὴ γὰρ αἱρετικὸς φασιν ἡμᾶς εἶναι, τοῦτο δὴ
τὸ ἔγκλημα ἔστω χαλεπὸν ὄντι, ὥστε καὶ δεῖ πι-
στεύεσθαι ἀεὶ ἀνδρὸς χριστιανοῦ πρὶν ἂν ἐπαφῶς
ἐξεταθῇ καὶ ἀφθῇ, καὶ τοῖς ἐπὶ χειρῶν ἁλισκόμοις ἀδ
ἀμλαφηθῆ. ἔστι γὰρ ἡ αἵρεσις τῆς σωτηρίας ἐχθρία,
καὶ ἡ θείας χάριτος ἀποβολὴ, καὶ ἀπόκοπος ἀπὸ
τοῦ σώματος, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ
καὶ τούτοις δεῖ πιστεύειν ὄντι καὶ γενομένοις, εἴπερ
τις τοὺς αὐτῶν κλοιοδεσίας ἐλέγχειν, καὶ τὴν εὐσέ-
βειαν ὑπερασπίζειν πεφυκὼς, τοῦτον εὐθὺς καὶ κα-
τοτομοῦντα, καὶ σπαράττοντα ἡ αἵρεσις παραλυ-
σεῖ. Χριστὸς δὲ ἄλλην ἄλλο Σαμαρείτης ἐρρήθη,
πλὴν ὅτι ἀφεστήκασι τοῖς αἱρεσιν πᾶσι καὶ ξένοι
θρησκείας ἐδόκει. Παῦλος ὁ τοῦ χριστοῦ ἀπόστολος
ἐπειδὴ κατηγορεῖτο ὑπ' αἱρέσεως, ἠναγκάζετο λόγον
διδόναι, φάσκων, ὁμολογῶ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν
ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ
θεῷ· πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον, καὶ τοῖς
προφήταις γεγραμμένοις. Ἐν κεφαλαίῳ δ' οὖν,

Breviter, universa ista religio, quam hodie profitentur homines Christiani, primis temporibus ab ethnicis hominibus secta dicta est, hæresis. His isti vo- *Tertul. in Apologet.* cibus semper impleverunt aures principum, ut cùm illi opinione præjudicata nos odissent, & quidquid à nobis diceretur, haberent pro factione & hæresi, à re ipsa & à cognitione causæ abducerentur. Sed quantò crimen illud gravius est & atrocius, tantò argumentis majoribus, & clarioribus probari debuit, hoc præsertim tempore, postquam homines cœperunt minus istorum oraculis habere fidei, & in illorum doctrinam diligentius inquirere, quàm solebant. Aliter enim nunc institutus est populus Dei, atque olim fuit, cùm omnia Pontificum Romanorum dictata haberentur pro Evangelio, & omnis religio ab illorum tantùm auctoritate penderet. Extant hodie *2 Tim. 3.* sacræ literæ, extant scripta Apostolorum & Prophetarum, ex quibus & omnis veritas, & doctrina Catholica probari possit, & omnis hæresis refutari.

Cùm nihil horum ab istis proferatur, tamen nos hæreticos appellari, qui nec à Christo, nec ab Apostolis, nec à Prophetis defecerimus, injuriosum est, & peracerbum.

ῶν, ωὖτη θρησκεία πᾶσα, ἣν τοῦτο ἐχον ἐπαγγελ-
ονται οἱ χειτιανοί, τὴν ἀρχὴν ἐσὸ τῆ ἐθνῶν
ἅρεσις ωεφοιτικύῖαν. Τοιαύταις ἡμῖν φωναῖς ἀεὶ
ὶ τῆ ἀρχόντων ὧτα διατεθρύλλη), ὅπως ὀκ-
ξῃς ωεχαπειλημμένης μισῆντες ἡμᾶς, ϗ πάν-
α, ὅσα ὑφ' ἡμῶν λέγοιντ' ἂν, αἱρετικὰ ϗ τασι-
τικὰ νομίζοντες, τὴν τῶ ωεφγματο ϗ τῆς
μφισβητήσεως γνῶσιν ἀποτρέψωσ).

Ἀλλ' ὥσωερ τὸ ἔγκλημα τόδε χαλεωώτερον
ὶ δεινότερον ωαγχάνει ὄν, τοσύτῳ ϗ πλείοσι, ϗ
ωερωτέροις ἀποδεικτέον ἐλέγχοις· ἄλλως τε
ὴν τοῖς δὲ τοῖς καιροῖς, ὁωνίκ' ἄνθρωποι τοῖς
ωᾶσι χρησμοῖς ἦθος ωαρέχειν ἤρξαντο, ϗ τὰ
ράγματα ωολὺ ἀκριβέσερον ἐξετάζειν· ἑτέρως
ὸν τῷ ωαρόντι ωιστεύε) ὁ τῶ θεῶ λαὸς ἢ τὸ
ρὶν ἀλαόν, ὅτε τὰς τῆ ἀρχιερέων Ῥωμαϊκῶν ἀπο-
άσεις ἐν μέρει τὰ εὐαγγέλια ωάντες ἐπίδευτο· ϗ
ᾶσα θρησκεία τ' ἐκείνων ἐξουσίας γυμνῆς ἠρτᾶτο.
ῦν ὑπωολαΐζουσιν αἱ ἱεραὶ χραφαὶ, τάτε τῆ
ωοστόλων ϗ Πεφήτῶ συγγράμματα, δ' ὧν
ἀλήθεια μὲ ἅπασα ϗ διδασκαλία καθολικὴ βε-
αιωθῆναι δύναιτ' ἄν, ἅπασα δ' αἵρεσις ἐξε-
λεγχθῆναι. Ἐπειδὴ δῶν ταῦτα μὴ ωεφέρον-
ες, ὅμως αἱρετικὸς ἡμᾶς ἀποκαλέσι τῶ ὅτε τ'
χειςῶ, ὅτε τ' ἀποστόλων, ὅτε τ' ωεφητῶν ἀφε-
τῶτας, ἀδήλου δήπε ϗ μᾶλλ' ὑβρίζουσιν ἡμᾶς.

peracerbum. Hoc gladio Christus rejecit Diabolum, cùm ab illo tentaretur: his armis evertenda & profligandæ est omnis altitudo, quæ sese attollit adversus Deum. Omnis enim scriptura, inquit Paulus, divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad refutandum, ad instituendum; ad arguendum, ut vir Dei perfectus sit, & ad omne opus bonum instructus. Sic semper pii patres contra hæreticos non aliunde, quàm è sacris scripturis pugnaverunt. Augustinus cùm disputaret adversus Petilianum hæreticum Donatistam, Ne, inquit, audiantur inter nos hæc verba, Ego dico, aut Tu dicis: Sic potiùs dicamus, Hæc dicit Dominus: ibi quæramus Ecclesiam: ibi discutiamus causam nostram. Et Hieronymus: Omnia, inquit, ea quæ absque testimonio scriptorum quasi tradita ab Apostolis asseruntur, percutiuntur gladio Dei. Ambrosius etiam ad Gratianum Imperatorem, Interrogentur, inquit, scripturæ: interrogentur Apostoli: interrogentur Prophetæ: interrogetur Christus. Non dubitabant, videlicet, tum temporis catholici patres & Episcopi, religionem nostram satis è divinis scripturis probari posse: nec unquam illi quenquam habere ausi

2 Cor. 10. 2 Tim. 3.

De unitate Eccles. c. 3.

Eadem sententia habetur contra Maximum Arrianorum Episcopum lib. 3. cap. 14. In primum cap. Aggæi.

αὐτὴ μαχαίρᾳ χριστὸς ἀπάλασε τὸν Διάβολον
ὁ ἐκείνε πυρπολοῦμος τύποις ἄλλοις καθαιρεῖ-
σθαι πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ θεοῦ· Πᾶσα γὰρ
φησιν ὁ Παῦλος) γραφὴ θεόπνευστος ὠφέλιμος ἐστ
πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθω-
σιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἄρτιος ᾖ
ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτυ-
μένος. Οὕτως οἱ ἅγιοι πατέρες ἀεὶ καθ' αἱρετικῶν
ἐλέμησαν, ἐκ ἄλλοθεν, ἢ ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν.
Ἀθανάσιος τῷ Πελαγιανῷ τῷ κατὰ Δονάτων αἱρε-
τικῷ διαλεγόμενος, καί φησιν ἀκουσῇ παρ' ἡμῶν
κατὰ τὰ ῥήματα. Ἐγὼ φημι, ἢ Σὺ φὴς, μᾶλλον
φησὶν ὁ Κύριος· ἐπεὶ τὴν ἐκκλησίαν ζητοῦμεν
ἐκ τὴν ἀμφισβήτησιν ἀνακείνωμεν· Ὁ δὲ Ἰε-
ρεμιος· ἔστω χωρὶς τῆς τῶν γραφῶν μαρτυρίας
παρὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθέντα μυστήρια,
φησὶ, πάντα διακόπτεται τῇ τοῦ διαβόλου μα-
χαίρᾳ. Πρὸς τούτοις, ὁ Ἀμβρόσιος τῷ Γρα-
τιανῷ τῷ Αὐτοκράτορι διαλεγόμενος, ἐρωτᾷ-
σθαι δι Ἀπόστολοι, φησὶν, ἐρωτάσθωσαν οἱ
Προφῆται, ἐρωτάσθω Χ' ὁ Χριστός. Οὐκ ἀπο-
κρύπτα δῆτα οἱ τότε καθολικοὶ πατέρες τὴν ὄντως
τῶν ἡμῶν διδασκαλίαν ἐκ τῶν θείων γρα-
φῶν δείκνυσθαι ἀποδεχθῶσι· μηδέ τινα πώποθ'

ausi sunt pro hæretico, cujus errorem non possent ex iisdem illis scripturis perspicuè, & liquidò coarguere. Nos quidem, ut cum D. Paulo respondeamus, juxta hanc viam, quam isti appellant hæresim, colimus Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi, & recipimus omnia, quæ aut in lege, aut in prophetis, aut in Apostolorum libris, scripta sunt. *Act. 24.*

Quare si nos sumus hæretici, si isti sunt (quod appellari volunt) catholici, cur non faciunt id, quod vident patres catholicos viros semper feciſſe? Cur nos è sacris scripturis non convincunt? Cur nos ad illarum examen non revocant? Cur nos non ostendunt à Christo, à Prophetis, ab Apostolis, à sanctis patribus discessisse? Quid hærent? Quid fugiunt? Est Dei causa. Cur eum dubitant permittere verbo Dei? Quòd si nos sumus hæretici, qui omnes nostras controversias referimus ad sacras literas, quique ad illas ipsas voces, quas scimus à Deo ipso consignatas esse, provocamus, & illis alia omnia, quæcunque possunt ab hominibus excogitari, postponimus: quid istos quos tandem homines aut quales convenit appellari, qui sacrarum scripturarum, hoc est, Dei ipsius judicium reformidant,

& sua

αἱρετικὸν ἐτόλμων ἀποφαίνεσθαι μὴ ὄντες
τας αὐτῶ ἀλλοδοξίας ἐκ τουτωνὶ τῶν γεγραφῶν ἐξ-
ελέγχειν. ἡμεῖς γοῦν τὸ τ Παύλου, καὶ τὴν ὁδὸν,
ὴν λέγουσιν αἵρεσιν, ὕτω λατρεύομεν τῷ θεῷ τῶ
πατρὶ τῶ κυρίε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πιστεύοντες πᾶ-
σι τοῖς κατ νόμον, καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς
ἀποστόλοις γεγραμμένοις. Ὥστε ἂν ἡμεῖς μὲ αἱρε-
τικοὶ, αὐτοὶ δε καθολικοὶ, καθάπερ δὴ ὀνομάζε-
σθαι ἀξιοῦσι, πῶς ἐ ποιοῦσιν, ὁ τὸν πατέρας
καθολικὰς ὁρῶσι πεποιηκότας; πῶς οὐκ ἐλέγ-
χουσιν ἡμᾶς ἐκ τῶν ἱερῶν γεγραφῶν; πῶς ἐ κα-
λοῦσιν ἐπὶ τὰ τέτων κειμήλια; πῶς οὐκ ἐπιδεικ-
νύουσιν ἀφεζῶτας Χριστὸν καὶ προφήτων καὶ τῶν ἀποστόλων
πατέρων; τί ὀκνοῦσι; τί φεύγουσι; καὶ γὰ ἡ ἀμ-
φισβήτησις φεὶ θεόν ὄζι· διὰ τί δῶν αὐτοὶ
ἐ θέλουσι τῶ ἐκείνε ῥήματι ἐπιτρέπειν; Εἰ τοί-
νυν ἡμεῖς αἱρετικοὶ ἐσμὲν, οἱ πᾶσας τὰς ἀμ-
φισβητήσεις ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς ἐπιτρέποντες,
καὶ προφὴς φωνὰς τὰς αὐτὰς, ἃς οἴδαμεν ὑπὸ
τῶ θεῶ σφραγισθείσας, προκαλοῦντες, καὶ τέτων
ἄλλα πάντα, ὅσαπερ ἀνθρώπις δυνατὸν ἐπι-
στῆσαι, ὑστερῆ πάντες. πίνας δὴ αὐτῶν ἢ
πατᾶσθαι εἰκὸς ἦν, οἱ τῶν ἱερῶν γραφῶν,
τέτων, αὐτῶ τῶ θεῶ, τὴν κρίσιν παρεῖνται;

Cùmq; audiremus Deum ipsum nobis loquentem in verbo suo, & videremus exempla illustria veteris & primitivæ Ecclesiæ, incerta autem esset Concilii generalis expectatio, & eventus multò incertior: maximè verò cùm certi essemus de voluntate Dei, & nefas esse duceremus nimiùm solicitos esse atq; anxios de sententiis hominum, non potuimus amplius cum carne & sanguine deliberare: illud potius fecimus, quod & rectè posset fieri, & à piis hominibus, & catholicis episcopis sæpe multis factum esset: ut Provinciali synodo nostris Ecclesiis prospiceremus. Sic enim veteres patres scimus solitos esse experiri, antequam ad publicum orbis terrarum concilium veniretur. Extant hodie Canones scripti, in conciliis municipalibus, Carthagini sub Cypriano, Ancyræ, Neocæsareæ, Gangræ, etiam in Paphlagonia, ut quidam putant, antequam Niceni concilii Oecumenici nomen auditum esset. Ad hunc modum olim sine concilio generali statim domi privata disceptatione occursum est Pelagianis, & Donatistis. Sic cùm Imperator Constantius apertè studeret Auxentio Arrianarum partium Episcopo, Athanasius Episcopus Christianus,

Εἰ γὰρ ἐπιδημῶν ἡκόμεν τ θεῦ φθέγξασθαι ἡμῖν ἐν τῷ αὐτῷ ῥήματι, καὶ κατεῖδομεν τὰ λαμπρὰ τ παλαιᾶς καὶ θεοστυπτα ἐκκλησίας παραδείγματα· ἡ δὲ καθολικὴ συνόδ' προσδοκία λίαν ἀπεκμάρτος ἐστὴρχε, καὶ τὸ ἀπολισσόμενον καὶ δὴ μᾶλλον ἀπεκμαρτότερον· τὸ δὲ παίτων μέγιστον, ἐπειδὴ σαφῶς τινὸ θεῦ βάλησιν ἐγνωκότες δεινὸν φόμεθα τὸ ἐφαπαξ βῶς καὶ σμικρολόγως τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης ὁτουνὶ μετεώρως ἐξιρτᾶσθαι· τίνων δὴ ἕνεκα, μηκέτι σεσαρκωμένοι τῇ σαρκὶ καὶ αἵματι, ὥσπερ ἐλόμεθα ποιεῖν, ὃ καλῶς μὲ ποιεῖσθαι ἐδόκει τισι, συχνῶς δὲ πολλοῖς τε εὐσεβῶν ἀνδρῶν καὶ καθολικῶν ὀθνείοις πεπεῖσθαι, δηλονότι, εἰ χωρὶς συνόδ' τῇ ἐκκλησίᾳ βοηθῆσαι. Καὶ ἴσως γὰρ τοὺς παλαιοὺς πατέρας ὥρᾳ πως τὰ μφισβητούμενα δοκιμάζειν ἐν ὁσιωτάτῃ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ σύνοδον ἀθροισθῆναι. Πρεσβύτερον τινὰ γὰρ καὶ τότε καὶ σήμερον κανόνες τινὲς ἐν ταῖς κατὰ μέρ συνόδοις γεγραμμένοι, ὅς ἐν Καρχηδόνι ἐπὶ Κυπριανῦ, ἐν Ἀγκύρᾳ, ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ἐν Γάγγρᾳ, καὶ δὴ καὶ ἐν Παφλαγονίᾳ (καθὼς ἐφίστησιν) περὶ τ οἰκεῖσθαι κἂν τὸ φιλὸν ἄγουσα τ ἐπὶ Νίκαιαν Οἰκουμενικῆς συνόδου· ὡσαύτως καὶ πάλαι τοῖς Πελαγιανοῖς, καὶ Δονατισταῖς ἀπάντησαν, οἵτινες μόνας αὐτοῖς διαλεγόμενοι. ὡσαύτως τῷ Αὐτοκράτορι Κωνσταντίνῳ τῷ ἐπισυόντι Αὐξεντίῳ Ἀρειανῷ ὄντι φανερῶς σεσημειωμένῳ, ὁ Ἀθανάσιος χριστιανὸς ἐπίσκοπος

nus, non ad concilium generale, in quo videlicet propter Imperatoris potentiam, & studium partium videbat nihil posse fieri, sed ad cletum, populumque suum, hoc est, ad Provincialem synodum provocavit. Sic decretum est in concilio Niceno, ut in singulos annos bis, in Carthaginensi, ut minimùm semel, episcoporum conventus, in singulis provinciis haberentur: quod Chalcedonense concilium ait, ea causa fuisse factum, ut si qui errores, aut abusus uspiam emersissent, statim in ipso vestigio, ubi nati fuissent, extinguerẽtur. Ita, cùm Secundus, & Palladius Aquileïcnse concilium, quod non esset generale ac publicum, repudiarent, Ambrosius episcopus Mediolanensis respondit, Non debere illud novum cuiquã videri, aut peregrinum, si Occidentis episcopi convocent Synodos, aut agant conventus Provinciales. id enim antea & ab Occidentalibus episcopis non rarò, & à Græcis sæpe factum esse. Ita Carolus Magnus Imperator concilium habuit provinciale in Germania contra concilium Nicenum secundum, de tollendis imagimbus. Nec nobis quidem prorsus inaudita, aut nova est ea ratio. Nos enim habuimus aliquando in Anglia synodos Provin-

ὁ πρὸς τὴν κατόλου σύνοδον, ὅπερ αὐτὴ μηδὲν αὖ ἐπαίνου πλέον, διὰ τὸ τοῦ Αὐτοκράτορος Νέναμιν, τήν τε τῶν ἄλλων φιλοτιμίαν, ἅμα πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τοὺς αὐτῶν δημότας παρακαλέσατο τιμήν, ἢ ἐν χαλκέων σύνοδον. ὡσαύτως ἐψηφίσατο καὶ τὸ μὴ τὴν ἐν Νικαίᾳ συνόδου, δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος, ἀλλὰ καὶ τὴν Καρχηδονίας ἅπαξ τὸ ἐλάχιστον ὑποτίθεσθαι. Ταυτελεῖς τοιεῖδαι καθ' ἑκάστας ἐπιτραπείας· ὅθεν γενέσθαι φησὶν ἡ χλιγκοδοία σύνοδος, ὅπως παραχρῆμα τὰ ἀμφιδοξίας καὶ ἀμφισβητήματα τῇ αὐτῇ καταβήσεται, ἢ ἂν ἐπορθεῖται διαπράξωνται. Τὸν αὐτὸν δ' τρόπον ὅτε Σικουΐδος καὶ Παυλάδης τὴν Ἀκοσπιεῖσαν συνοδον παρηγόδυτο ἀτε καθολικὴν ἐκ ἔσαν, ἡμεβέσοις ὁ Μελκιανίτης Βάρκοπος ὑπεκρίθη, ὅτι ἐκ ὀφείλει κανὼν δικεῖν ἢ ξένον, ἔνθ' οἱ τῆς ταῖς δυσμαῖς ἐπίσκοποι συνόδῳ καταστῆσαν, ἢ συνελθόντες ἐγχειρίς, τοῦτο γὰρ καὶ φρότερον ἐνίοτε μὲ ἔδοξε τῆς ἑσπερίου ἐπισκόπων, ἔδοξε καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πολλάκις γενέσθαι. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Καρχηδονίων Αὐτοκράτωρ ἐν Γερμανίᾳ σύνοδον πρότερον ἀνήκεστον τῇ κατὰ Νέναμιν συνόδῳ τῇ πλατέρᾳ, ἐκ εἰδώλων ἀναιρέσεως. Οὐ μόνοι δὲ ἡμεῖς γε τοῦτο δικαίως ἔχειν ἔφαμεν ἦσαν καὶ πᾶσι τοῖς Ἀγγλίας σύνοδος

Provinciales, & domesticis legibus Ecclesias nostras ordinavimus. Quid multis? Certè concilia illa plenissima & maxima, de quibus isti solent tantoperè gloriari, si cum omnibus Ecclesiis, quæ per totum orbem terrarum agnoscunt & confitentur nomen Christi, conferantur, quid obsecro aliud videri possunt, quàm privata quædam episcoporum concilia, & synodi Provinciales? Nam etsi fortè Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Germania, Dania, Scotia conveniat; absit autem Asia, Græcia, Armenia, Persia, Media, Mesopotamia, Ægyptus, Æthiopia, India, Mauritania, quibus in locis omnibus, & Christiani homines multi sunt, & episcopi: quomodo potest cuiquam sano hujusmodi concilium videri Generale? Aut cùm tot partes orbis absint, quomodò possunt verè dicere, se habere consensum orbis terrarum? Aut quale tandem erat illud concilium proximum Tridentinum, aut quomodo dici potuit generale, cùm ad illud ex omnibus regnis & regionibus Christianis, quadraginta tantùm episcopi convenissent, & ex illis aliqui ita diserti, ut remittendi essent viderentur ad Grammaticos: ita verò docti, ut nunquam perlegerint sacras literas.

ἐπιχωρίους, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἡμῶν δοκιμεῖν καὶ πατρίους νόμους. Ἀλλὰ μὴν τί δεῖ μακρολογεῖν; αἱ μέγισται γὰρ ἐκεῖναι καὶ θεοπλησθεῖσαι σύνοδοι, ἐφ' ἅις δὴ ὅτῳ μέγα φρονοῦσι, φῶς ἁπάσας ἐκκλησίας τὰς ὑπ' αὐτοῦ ποτε τῆς γῆς χριστιανιζούσας, ἄλλο τι ἢ συνελεύσεις ἦσαν, καὶ σύνοδοι ἐπίσκοποι ὀνομάζειν; Ἐὰν γὰρ τάχα συλλέγωνταί τε εἰς τ' αὐτὸ Ἰταλία, Γαλλία, Ἰβηρία, Ἀγγλία, Γερμανία, Δακία, Σκωτία, πρὸς τοῖς πρεσβείποντες ἢ Ἀσία, Ἑλλάς, Ἀρμενία, Περσὶς, Μυσία, Μεσοποταμία, Αἴγυπτος, Λιβύη, Ἰνδία, Μαυρεταυία· καθ' ἃς δὴ φάσας ἱκανὰν χρῆναι τ' χριστιανῶν καὶ ὁποσάπερ δίχα τῆς αἱ τῷ συφρονοῦντων τοιαύτῃ σύνοδον καθολικὴν ὀνομάζοι; ἢ τοσούτων τῆς οἰκουμένης μερῶν ὄντων, πῶς ἐγχωρεῖ ἀληθεύεσθαι, τὸ, σύμπασαν τὴν οἰκουμένην ὁμολογεῖν αὐτοῖς; ἢ ποία τις ἢ πασῶν ὑστάτη σύνοδος ἢ σφίσι τοῖς τελευτῶσι γεγυμνῶσθαι καθολικὴ λέγοιτο ἄν, ὅτε ἐκ πάντων ἐθνῶν καὶ ὁπηρατείων χριστιανῶν παραγέγονται μόνον ὁπίσχρως συνελθόντα, καὶ τόπων ἔντος μὴ ὄντων δεινοὶ τοὺς λόγους, ὥστε συνοδικὴν καὶ τὴν γεωμετρικὴν ἐπιμεμαθηκέναι, ὅτῳ ἢ πανδεινοὶ, ὥστε μηδεπώποτε τὰς ἱερὰς γεγραφὰς δεδιηπορηκέναι;

Πλὴν

literas. Quidquid est, veritas Evangelii Jesu Christi non pendet à conciliis, aut, ut Paulus ait, ab humano die. Quòd si illi quibus Ecclesiam Dei curæ esse oportuit, sapere nolint, & officio suo defuerint, atque animos suos contra Deum & ejus Christum obfirmaverint, & rectas vias domini pervertere perrexerint. Deus lapides excitabit, & pueros infantes disertos faciet, ut semper existant aliqui, à quibus illorum mendacia refutentur. Potest enim Deus non solùm sine conciliis, sed etiam invitis conciliis, & tueri, & promovere regnum suum. Multæ inquit Salomon, sunt cogitationes in humano corde: sed Domini consilium manet firmum. Non enim est sapientia, non est prudentia, non est concilium contra Dominum. Humanis operibus, inquit Hilarius, extructa non durant: aliter ædificanda, aliter conservanda Ecclesia est. Ea enim posita est in fundamentis apostolorum & prophetarum, & continetur uno angulari lapide, Christo Jesu. Multò verò clarissimè & ad hæc tempora appositissimè D. Hieronymus, Quoscunq; inquit, Diabolus deceperit, & quasi suavi & pernicioso carmine Sirenarum illexerit ad dormiendum, eos excitat sermo divinus,

In prophetam Naum cap. 3.

Πλὴν ἀποστόλων ἔχει πάντες, ἢ ἀληθείας τ̃ Ἰησ̃ Χριστ̃ μιᾶς ἀπαρξάμενοι τ̃ ἀπ' ἀρχ̃ Συμεών, ἢ τ̃ Παύλου εἰπόντος, ἐπ' ἀνθρώπους ἐξέρχεσθαι. Εἰ γοῦν ἄλλης χρεὼν ἡ θε͂ ἐκκλησίας ἐπιμέλεσθαι πείθεσθαι, σωφρονεῖν ἢ διδάσκειν, ἀλλὰ τ̃ κεκλημένην ἀπολεσθῶσι, ἢ τὰς διαφορὰς ἑρετίσεως κ τ̃ θε͂, ἢ τ̃ χριστ̃ αὐτ̃ σπιλοῦσι, ἢ τὰς εὐθείας ὁδὰς τ̃ κυρίου διαστρέφοντες διαπλάσσουσιν· ὁ θεὸς δὲ πετάλιδας ἀναστήσει, ἢ παῖδας ἐπιπαίζοντας ἀνεπιτρίς ἀφεγγέστους, ὥστε εἰς ἀεί τινας ἀπατᾶν τὰ ἐκείνων ψευδῆ ἀντιτυπίας ἐλέγξαντες. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ἢ ὁ πῶς ἀνὰ συνόδων, ἀλλὰ ἢ συνόδων ἀκίνητον τ̃ αὐτ̃ βασιλείαν αὐτοῖς τ ἢ ὁδὸν πλέον αὐξήσας. Ἐν φρονήσει καρδία πολλαὶ (φησὶν ὁ Σολομὼν) ἐνδυμήσεις, ἢ ὁδὸς τ̃ κυρίου βελτίω μένει στερεά. Μήτε σοφία, μήτε φρόνησις, μήτε ἐπίνοια κατὰ τ̃ κυρίου. Τὰ παρ' ἀνθρώπων οἰκοδομούμενα (φησὶν Ἰλαρ.) εἰς μένουσιν. ἕτερος οἰκοδομεῖσθαι χρὴ τ̃ ἐκκλησίαν· ἑτέρως διαφορίζεσθαι· αὐτὴ γὰρ βέβηκεν ἐπὶ τ̃ θε͂ Ἀποστόλων ἢ Προφητῶν θεμελίῳ, ἢ ζωντανοῦ λίθου, Ἰησ̃ Χριστ̃. Πολὺ δὲ πάντων εὐσημότατα, ἢ μάλιστα τοῖς ῥηθεῖσι χαρακτῆρι ἀριθμοῦντως ἔχει τὸ τ̃ Ἱερωνύμου· ὅσους ὁ Διάβολος ἐξαπάτησε θηλυπρεπείαις ἢ παιωλεθρίοις τ̃ Σειρήνων ᾠδαῖς εἰς ὕπνον καταγαγών, τρεῖς δὲ

divinus, & dicit: Surge qui dormis, elevare, & illuminabit te Christus. In adventu ergo Christi, & sermonis Dei, & doctrinæ Ecclesiasticæ, & consummationis Ninivæ & speciosissimæ meretricis, elevabitur populus & properabit, qui sub magistris antea fuerat sopitus: & ibit ad montes scripturarum: ibi inveniet montes, Mosen, Jesum filium Nave: montes, prophetas, montes Novi testamenti, apostolos & Evangelistas. Et cùm ad tales montes confugerit, & in hujusmodi montium fuerit lectione versatus, si non invenerit qui eum doceat (messis enim erit multa, operarii pauci) tamen & populi studium comprobabitur, quòd confugerint ad hujusmodi montes, & magistrorũ negligentia coarguetur. Hæc Hieronymus ita perspicuè, ut nihil opus sit interprete: ita ad ea, quæ nos jam oculis videmus evenisse, accommodatè, ut nobis quidem videatur, universum statum temporum nostrorum, & ornatissimæ illius meretricis Babylonicæ ruinam, & Ecclesiæ Dei instaurationem, & cæcitatem, atque ignaviam episcoporum, & studium atque alacritatem populi, quasi Spiritu prophetico prædicere, & ante oculos nostros constituere voluisse. Quis enim

tam

θεῖ λόγος ἀνίσχυσι, λέγων, ἔγειρου ὁ καθεύδων καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. ἐν τῇ παρουσίᾳ τοίνυν τ Χριστ, καὶ τ λόγε θεῦ, καὶ τῆς διδαχῆς ἐκκλησιαστικῆς, καὶ τῆς Συντελείας τῆς Νινδὶ, καὶ τῆς ἐνειδεσάτης πόρνης, ἐξεγερθήσεται καὶ ἀναύσεται ὁ λαὸς, ὁ τέως μὲν ὑπὸ τοῖς διδασκάλοις καταπαυομενος, καὶ παραδήσεται ὅλη τὰ ὄρη τῶν χαραφῶν, τὰ μὲν οἷς Μανιάκα καὶ Ἰησοῦν υἱὸν Ναυὴ, τὰ δὲ οἷς τοὺ προφήτας, τὰ δὲ οἷς τοὺ τῆς καινῆς διαθήκης, ἤγουν τοὺ ἀποστόλες καὶ Εὐαγγελιστάς· ἐπειδὰν δὲ πρὸς ταῦτα τὰ ὄρη καταφυγῶν, καὶ τῷ τέτων ἀναγνώσει παρασλιπαρήσας, οὐχ εὑρῃ τὸν διδάξοντα (πολὺς μὲν γὰρ ἔσται ὁ διασμὸς, ὀλίγοι δ' ἐργάται ὀλίγοι·) ἐπαινεθήσεται ὅμως τὸ προθυμον τ λαῦ, ἤτε τῆς διδασκάλων ὀλιγωρία κατελεγχθήσεται.

Ταῦτα δὴ ὁ Ἱερώνυμος· ὅτω φανερῶς μὲν, ὥστε μηδαμῶς δεῖσθαι τ ἑρμηνεύσοντος, ὅτω δ' ἐπειγων, ἃ νῦν γινόμενα κατείδομεν, ἀδελφοὶ, ὧδ' ἡμῖν δοκεῖ σύμπασαν τῶν ἄρτι χρόνων κατάσασιν, πλὴν τῆς ἐυφρεπισάτης πόρνης τῆς Βαβυλωνικῆς ἀπώλειαν, καὶ τῆς θεῦ ἐκκλησίας ἀνασκλὴν, καὶ πλὴν τυφλότητα καὶ ῥαθυμίαν τῶν ἐπισκόπων, ἔτι δὲ πλὴν προθυμίαν, καὶ πλὴν ἀοκνον τῶ λαῶ σπουδὴν ἐξεπιτηδες ὡσπερεῖ προφητικῶ πνεύματι προαγγέλλειν, καὶ ὑπὸ πλὴ ἡμετέραν ὄψιν ποιεῖν βουληθῆναι· Τις γὰρ ὅτι πρότερον ὄζε τυφλὸς,

tam cæcus est, ut non videat istos illos magistros esse, à quibus populus, ut Hieronymus ait, in errorem inductus sit, & consopitus: aut Niniven istorum Romam pulcherrimis aliquando fucatam coloribus, nunc detracta persona, & melius videri, & minoris fieri: aut homines pios excitatos tanquam è gravi somno, ad lucem Evangelii, & ad voces Dei, nihil expectatis hujusmodi magistrorum conciliis, contulisse se ad montes scripturarum?

At saltem (inquiet aliquis) in jussu Romani Pontificis ista tentari non oportuit, illum enim unum esse nodum, & vinculum societatis Christianæ: illum unum esse sacerdotem: illum Levitici generis, quem Deus significaverit in Deuteronomio, à quo consilium in rebus arduis & veritatis judicium petendum sit: Si quis illius judicio non obtemperet, illum in conspectu fratrum suorum oportere interfici: illum, quidquid agat, non posse à quoquam mortalium judicari: Christum in cœlis regnare, illum in terris: illum unum posse, quidquid Christus, aut Deus ipse potest; illius & Christi unum esse consistorium: sine illo nullam esse fidem, nullam spem, nullam Ecclesiam: qui

ab

πολὺς, ὥστε μὴ ἰδεῖν, ἢ ὅτι αὐτοὶ εἰσιν οἱ διδάσκαλοι ἐκεῖνοι, ὑφ' ὧν (καθά φησιν Ἱερώνυμος) ἐξηπάτηται καὶ κατακοίμηται ὁ λαὸς; ἢ ὅτι Νινευῖται, πιστεύσαν, ἢ αὐτῶν Ῥώμη, ποτὲ μὴ πεφυκυίας, νῦν δὲ τὸ ἐσχατοπαῖον ἀφηνιάσης, ἅμα μὴ εὐσπλότερον καθορᾶται, ἅμα δὲ εἰδώλων πρίεται; ἢ ὅτι εὐσεβεῖς ἄνθρωποι διὰ τὸ φωτὸς Εὐαγγελικῆς καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φωνῆς οὐκ ἐκ βαθέος τινὸς ὕπνου ἐξεγερθέντες, πρὸς μὲ ποιμένι διδασκάλων ζωώδους ἐκείνους, εἰδώλους δ' ἐπὶ τὰ θεῖα γραφῶν ὄρη ἐβάδισαν.

Ἀλλὰ μὴν (φήσειεν ἄν τις) παρὰ τὴν Ῥωμαίων ἀρχιερέως γνώμην ἐδαμῶς ἄν ἄπεδος ἐχεῖν τοιοῦτο ἐπιχείρημα. ἐκεῖνον γὰρ εἶναι μόνον τὸ σύναγμα καὶ δεσμὸν τῆς χριστιανῆς κοινωνίας· ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἱερέα λαϊκὸν τὸν ἀπὸ θεοῦ ἐν Δελτεργομίῳ αἰνιττόμενον, παρ' ᾧ δεῖ συμβουλὴν καὶ χρίσιν ἀληθείας ἐν τοῖς ἀπορρήτοις τῶν θεσπισμάτων αἰτητέον· εἰ τις ἀπιδήσαι τῇ ἐκείνης χρίσει, δεῖν αὐτὴν ἐναντίον τῶν ἀδελφῶν ἀναιρεῖσθαι· ἐκεῖνον ὃ,τι ἂν θεσπίσῃ, μηδενὶ μηδενὸς ἐφαδίνυον εἶναι· καὶ μὴ χρῖσιν ἐν θεσπίσμασιν, ἐκεῖνον δὲ βασιλέα ἐπὶ τῆς γῆς· ἐκεῖνον ἴσα χρίσιν καὶ δεῖν θεῷ αὐτῷ δεδυνῆσθαι· τὴν αὐτὴν εἶναι βελτίστην τοῦ τε ἐκείνου καὶ τοῦ χρίσεως· χωρὶς ἐκείνου μηδεμίαν εἶναι πίστιν, μηδεμίαν ἐλπίδα μηδεμίαν ἐκκλησίαν· ὅστις ἂν ἐκείνου

ab illo discedat, eum abjicere & repudiare salutem suam. Hæc Canonistæ parasiti Pontificum, non nimiùm modestè illi quidem. Vix enim plura, certè non ampliora potuissent de Christo ipso dicere.

Nos quidem non voluptatis ullius humanæ, aut commodi caussa à Pontifice discessimus. Atque utinam potius ille ita se gereret, ne opus esset discessione. Verum ita res erat: nos, nisi illo relicto, non potuimus ad Christum pervenire. Neq; ille nunc aliud fœdus nobiscum ferire vult, quam quale olim rex Ammonitarum Naas ferire voluit cum Iabensibus, ut illis omnibus dextros oculos effoderet. Eripere enim vult nobis sacras scri-
1. Reg. 11. pturas, Evangelium salutis nostræ, & omnem illam spem quam habemus in Christo Jesu. Alùs enim conditionibus pacem non posse convenire.

Nam quòd quidam tantopere solent prædicare, Papam solum esse successorem Petri, quasi ea caussa Spiritum sanctum in sinu gerat, & errare non possit, leve ac nugatorium est. Animo pio ac Deũ timenti, promissa est Dei gratia, non cathedris & successionibus. Diuitiæ, inquit Hieronimus, potentioré episcopum facere possunt: omnes tamen episcopi, qui-

ἐκείνε ἀποςῆ, τοῦτον ἀθετῆσαι κὴ ἀφοσθῆναι τῆν αὐτοῦ σωτηρίαν. Ταῦτα μὲ ἡ οἱ Κανονικοὶ, οἱ τῆς ἀρχιερέων παρέσιτοι. μὴ πάνυ γε μετρίως. μόλις γὰρ ἄν τις πλείω, μείζω χρῶ ἢ χ ὁσίος ἂν εἴη ἀφ' αὐτῶ τὸ χεῖρον λέγειν.

Ἡμεῖς ὃ μήτε τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα, μήθ' ἡδονῆς τινος ἀνθρωπίνης, ἀφεικαμὲν τοῦ ἀρχιερέως· μᾶλλον δ' εἰδὲ τοιοῦτος ἂν ἐγένετο, ὥστε μηδ' ὅλως δεῖσθαι ἀποςάσεως. Ἀλλα γὰρ εἰς τοῦτο ἀνέκυψε τὸ πρᾶγμα, ὥστε μὴ ἐδυνάσθη ἡμᾶς πρὸς χεῖρον ἐλθεῖν, πλὴν ἢ λιπόντας ἐκεῖνον. ὑδὲ μὴν ἐκεῖνος ἄλλας πύας συνθήκας ποιεῖν ἀξιοῖ πρὸς ἡμᾶς, εἰ μὴ οἵας τὸ παλαιὸν ὁ Νάας τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς πρὸς τοὺς Ἰαβησίτας, ἤρουν, ἐφ' ᾧτε ἐκκόπτειν ἡμῖν τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Βέλεται γὰρ ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι τὰς ἀγίας γραφὰς, κὴ τὸ πρωτεύον εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας, κὴ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα τὴν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἐλπίδα· εἰ δὲ μὴ, πλὴν εἰρήνην ἐδαμῶς ἂν γενέσθαι.

Καὶ μὲν ἐπειδή τινες θρυλλοῦσι διηνεκῶς, ὅτι, ὁ Πάππας τοῦ Πέτρου διάδοχος ὢν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὅλον ἐν κόλπῳ περιφέρει, τοῦτο λίπαρον φλυαρία καὶ λῆρος ἔοικεν. Ἡ γὰρ θεῖα χάρις οὐσιά τις θεοσεβοῦς ψυχῆς, ἀλλ' ἐ καθέδραις, ἢ διαδοχαῖς ἐπήγγελται. Χρήματα μὲν (φησὶν Ἱερώνυμος) διαπωτέον ἀφαιζοίνης ἀνοσίους· ὅμως δὲ πάντες διηνεκῶς ὁσίους

V

quicunque sunt, sint successores Apostolorum. Quòd si locus & inauguratio sola satis est, & Manasses successit Davidi, & Caiaphas Aaroni, & idolum sæpe stetit in templo Dei. Archidamus olim Lacedæmonius, multa de se prædicabat, quòd esset ex Hercule oriundus: ejus insolentiam ita refutabat Nicostratus: Atqui tu ex Hercule oriundus non videris, nam ille malos homines interfecit, tu ex bonis malos facis. Cumque Pharisæi jactarent successiones suas, & genus, & sanguinem Abrahami, vos, inquit Christus, quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi à Deo, hoc Abraham nunquam fecit: vos ex patre Diabolo estis, & ejus voluntati vultis obsequi.

Tamen ut aliquid successioni largiamur, an solus Papa successit Petro? Qua ergo in re, qua in religione, in qua functione, in qua parte vitæ illi successit? Quid unquam aut Petrus Papæ simile habuit, aut Papa Petro? Nisi hoc fortè velint dicere, Petrum, cùm esset Romæ, nunquam docuisse Evangelium: nunquam pavisse gregem: abstulisse claves regni cœlorum: abscondisse thesauros domini sui: tantùm sedisse in Laterano, & omnia spatia Purgatorii,

πνίγων ἀποστόλων διάδοχοι πυγχάνουσιν ὄντες.
Ἐὰν ἡ δὲ ὁ τόπος καὶ ἡ ψυχὴ καὶ διέγωσις ἀρκάσιν,
ἀμέλει καὶ ὁ Μανασσῆς τ Δαβὶδ, καὶ ὁ Καϊάφας τ
Ἀαρὼν δὴ διάδοχοι· καὶ πολλάκις εἰδωλον ἔ-
στησαν ἐν τῷ ναῷ θεοῦ. Ἀχὰβ δὲ ὁ Δανεδυ-
μόνιος πολλὰ ἠδίκησε τὸν ἐσμαηλιτῶν, ὡς ἔφη εἰς Ἠ-
σαχλέα τὸν Δίνος ἀναιρέσεων· ὁ Νικόστρατος ἡ τ
ἐξελέγχειν πλὴν ἐκείνης ἀσφαλείαν· πῶς γὰρ φησὶ
δικαίως τὸν Ἡσαχλέα εἶ ἀπόγονος, ἐκεῖνος γὰρ
γὰ ἀνεῖλε τὸν κακὸν τῶν ἀνθρώπων, σὺ ἡ κακὸν
ἐξ ἀγαθῶν ἀποφαίνεις. Καὶ τοῖς φαεσφόροις λεπ-
φρυνομένοις ἐπὶ διαδοχαῖς, καὶ τῷ γένει, ἡ σπέρ-
ματι τ Ἀβραὰμ, ὁ Χριστὸς ἀπεχθὴς· ζητεῖτέ με
ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λε-
λάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ θεοῦ· τοῦτο Ἀβραὰμ
οὐκ ἐποίησεν, ὑμεῖς ἐκ τ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ,
καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἵνα μέχρι τινὸς ἐνδείξωμαι τῆς
διαδοχαῖς, ἆρα μόνος ὁ Παῦλος δεδέξατο τὸ Πέ-
τρου; ἐν τίνι δὴ σχήματι, ἐν τίνι θρησκείᾳ· ἐν τίνι
λειτουργίᾳ, ἐν τίνι βίου μέρει δεδέχθαι αὐτόν; τί γὰρ
πρὸ ἢ Πέτρος τοῦ Παύλου, ἢ Παῦλος τοῦ Πέτρου
παρέμφερής; ἦν μὴ τάχα τοῦτο λέξειαν, ὡς ὁ Πέτρος
ἐν Γωμόρρᾳ διατελῶν ἔδηποτ' εὐαγγελίζετο, ἔδηπο-
τε τοῦ σωθῆναι ἐπολμαίνεν· ἀλλὰ τοῖς κλείθροις ἀ-
φείλετο, τοῖς δὲ τῶν ἀρχόντων βασιλείας, τοῖς τε ἀ-
σωρὸς τ διατοῦ ἑαυτὸν κατεκρύπτετο, μόνον δὲ
καθεζόμενος ἐν Λατερανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς Καθαρτηρίοις

gatorii, & supplicium genera digito descripsisse: animas miseras, alias in cruciarum relegâsse: alias, accepta mercede, repentè pro arbitrio exemisse: Missas privatas, quæ in omnibus angulis dicerentur, tradidisse: sacra mysteria summissa voce: & aliena lingua muttita sse: Eucharistiã in omnibus templis, & altaribus collocasse, eamq; ante se, quocunq; incederet in asturcone gradario cum luminibus & tintinnabulis circumtulisse: oleum, ceram, lanam, campanas, calices. templa, altaria, sacro anhelitu consecrâsse: jubilæa, gratias, immunitates, expectationes, præventiones, annatas, pallia, usum palliorum, bullas, indulgentias, diplomata, vendidisse; sese caput Ecclesiæ, & summum Pontificem, & episcoporum Episcopum, & solum sanctissimum appellasse: in alienas Ecclesias jus & auctoritatem sibi usurpasse: ab omni se civili potestate exemisse: bella gessisse: Principes inter se commisisse; in aurata sella, corona lemniscata, apparatu Persico, regali sceptro, aureo diademate, lucentibus gemmis, in hominum nobilium cervicibus equitasse. Hæc scilicet Petrus olim Romæ fecit, eaque successoribus suis quasi per manus tradidit. Hæc enim à Papis hodie Romæ fiunt:

διαζήμιατα καταμιξήσας, καὶ βροντὴν τινα δαιμονιωδεστάτην ἐπιδείξας τὰς πολυπλόκους τῶν ἐκεῖ πιλωτῶν ἰδίας, καὶ ἀπὸ τῶν δεκαπέντε ψυχῶν εἰς κόλασιν ἔπεμψε· τὰς δὲ ὀπὶ μυδρῷ σιδηρείῳ καὶ τὸ δοκοῦν πλοῦτον φερούσας ἰδίας δὲ μείσας ἐν ἀπόροις γοναῖς βαπολαγνείας δέδωκε, τὸν δ' ἱερὸν μυσίφεμα. ἠχημαίᾳ φωνῇ καὶ ἀλλοκότῳ ἐφθέγξατο· πᾶν δὲ ὀυχαριστίαν πᾶσι δυσιαστηρίοις καὶ ναοῖς ἀφοσιῶσε, καὶ σὺν αὐτοῦ ἐφ' ἑστηκεῖν ὅπου ἂν πορεύοιτο ζωὴ ὑπηρέτης καὶ κώδωσι σεμίγεσχεν· ὡς τῷ ἱερῷ αὖθις πυθμένα καθηγιάσαν ἅλμαν, πηρὸν, ἄειραν, κώδωνας, κύλικας, γαὰς, βωμούς· ὡς Ἰμβιλαῖα, ἀφέσεις, χαρίσματα, ἀτελείας, ἐκδοχὰς, σεσκεπασμένας ἀπέργματα, ἀμφιέσματα πίνακάς τ' ἀμφιεσμάτων χεῖσιν· Βύλλας, Ἰνδικλιγτίας, διπλώματα πιμῆς ἀπέδοτο· ὡς ἡ μεγάλη τ' ἐκκλησίας ὁ πάνυ ἀρχιερεύς· ὁ τῶν ὁπισθοπόρων ὀπίσοπος, ὁ μόνος Ἀλώπηξ ἑαυτὸν σεσαγηνεύσας, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐκκλησιῶν καπηλεύσιάζε, πασῶν δὲ τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν κεκλεφθ' ἑαυτόν. ὡς ἐπολλώσησεν, ὡς βασιλεὺς ζωηχρύσεν· ὡς δὲ θρόνῳ χρυσῷ κράνον λημνίσκοις δεδεμένον, καὶ σφαῖραν ἐπ' αὐτῷ κατασεβῆναι, σκῆπτρόν τε καὶ βασιλικὴν στολὴν περιβεβλῆσθαι, καὶ διαδήματι χρυσῷ τιμίαις λίθοις διαστέπτε

fiunt: atque ita fiunt, quasi aliud fieri nihil debeat.

Aut, nisi hoc malint fortasse dicere, Papam ea nunc facere omnia, quæ olim scimus fecisse Petrum: discurrere in omnes terras: docere Evangelium, non tantùm publicè, sed etiam privatim, per singulas domos: instare oportunè, importunè, tempestivè, intempestivè: opus facere Evangelistæ: implere ministerium Christi: esse speculatorem domus Israël: accipere oracula, & vôces Dei, easque ut acceperit, ita populo reddere: esse sal terræ: esse lucem mundi, non seipsum pascere, sed gregem: non implicare se civilibus negotiis hujus vitæ: non exercere dominium in populum Domini: non quærere ut id sibi ab aliis ministretur, sed ipsum potiùs aliis ministrare: omnes episcopos putare socios esse suos, & pares: subjectum esse Principibus tanquam à Deo missis: reddere quod Cæsaris est Cæsari: quódque veteres Episcopi Romani sine exceptione fecerunt, Imperatorem Dominum suum appellare.

Hæc nisi nunc Papæ faciant, & nisi ea quę diximus, Petrus fecerit, nihil est quòd de nomine Petri, & de ista successione tantoperè glorientur, quòd autem de successione

καὶ δὴ ἔτω πεπεισμένος ἐκεῖνος ἄλλο τι ποιεῖν,
Ἢν μὴ ἴσως ἐκεῖνο λέγειν ὀφείλοιντο, ὅτι ὁ
Πέτρος τοῦτο ποιεῖ νῦν, ἃ πάλαι τῷ Πέτρῳ συ-
νίσμεν πεποιηκότι· ἤτοι, ὅτι διαδρομὴν πᾶσαν
τὴν οἰκουμένην εὐαγγελίζεσθαι μὴ δημοσίᾳ μόνον,
ἀλλ' ἰδίᾳ, καὶ κατ' οἴκους· ὅτι ἐφ' ἑκάστην ἐκκαίρως,
ἀκαίρως, ἐν καιρῷ καὶ μὴ καιρῷ· ὅτι ἔργον ἀναγκα-
λιστὴν ποιεῖ, καὶ τὴν τῶν χειρῶν διακονίαν πληροφορεῖ,
καὶ κατάσκοπος ὢν τῶν οἴκων Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ λόγια
καὶ τὰς φωνὰς θεοῦ παραλαβὼν τοῖς αὐτοῖς ἐ-
αυτοῦ τὸ λαῷ διαδίδωσιν· ὅτι ἄλλως ὅτι τῆς
ψυχῆς, φῶς ἢ κάσμα, μηθ' ἑαυτὸν βόσκει, ἀλλὰ
τὴν ποίμνην· ὅτι ἐκ ἐμπλέκεται ἢ τοῖς βίοις στρα-
τείας, οὐδὲ καταξιοπαίζει τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, μηδὲ
ζητεῖ διακονεῖσθαι, ἀλλὰ διακονεῖν μᾶλλον· ὅτι πα-
τὴς ἐπισκόπους ὡς ἴσους καὶ ὁμοτίμους αὐτῷ ἔχει,
διδοὺς ἢ τῷ Καίσαρι τὰ Καίσαρος, καὶ τέλος, ὅτι
μέχρι πάντας τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων ἐπισκόπους ἀ-
φεφασίσως ἢ Αὐτοκράτορα κύριον ἑαυτοῦ θεοσα-
βοῦσιν.

Εἰ δὲ μὴ τοίνυν καὶ οἱ Πάπαι ἐκεῖνα τὰ θεο-
εἰρημένα, καὶ ὁ Πέτρος ταῦτα τὰ ἅρπ λεγόμενα
πεποίηκε, δῆλον ὅτι θεὸς τὸν Πέτρον καὶ τὴν διαδο-
χὴν φλυαροῦντες πλανῶσιν ἄλλως, καὶ τὴν ἀπο-

cessione nostra querantur, & nos ad societatem & fidem suam revocent, multò minus, Cobilonem, aiunt, quendam Lacedæmonium, cùm fœderis feriendi caussa missus esset legatus ad Regem Persarum, & aulicos fortè invenisset ludentes alea, statim re infecta, rediisse domum: rogatum cur neglexisset ea facere, quæ publicè acceperat in mandatis, respondisse, quod ignominiosum existimasset id fore Reipublicæ, si fœdus percussisset cum aleatoribus. At, si nos ad Pontificem, pontificioſque errores redire animum induceremus, & fœdus, non tantùm cum aleatoribus, sed etiam cum hominibus longè nequioribus feriremus, esset id nobis non tantùm ad famam ignominiosum, sed etiam ad inflammandam adversus nos iram Dei, & ad opprimendam extinguendamq; conscientiam nostram pernicioſum. Nam nos quidem discessimus ab illo, quem videbamus multa jam sæcula cæcasse orbem terrarum. ab illo, qui nimiùm insolenter dicere solebat, se errare non posse, & quidquid ageret, non posse se à quoquam mortalium, non à Regibus, non ab Imperatoribus, non à toto clero, non ab universo populo judicari: non si mille animas secum abduceret

χαίρουσιν ἡμετέρων μεμφόμενοι ματαίως νῦ Δία πειρῶνται πάλιν εἰς σφᾶς τῆς ἐαυτῶν κοινωνίαν ἐπαιάγειν.

Κοβιλῶνά τινες γενέσθαι φασὶ Δαμιδαμβνιον, ὃς ἐπὶ Ζωσθένους εἰς τὸν βασιλέα Περσῶν πρεσβευτὴς ἐπιμφθεὶς ἔπειτα τοὺς ἀμφὶ αὐτὸν Μεγιστᾶνας κυβδίοντας ἐνείκων, αὐτίκα δὴ μάλα, ὡς εἰ χαλεπῶς ἔφερεν ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἕνεκα τῆς δημοσίων ἠμέλησε πραγμάτων, ἀπεκρίθη, ὅτι αἰσχρὸν τὴν Ἑρετρέων πολιτείαν ἡγεμὼν Θρᾴξ κυβδιτὰς Ζωσθένους ποιεῖσθαι. Εἰ δὲ δὴ βουλοίμεθ' ἡμεῖς ὡς ἡ Ἀρχιερέα καὶ τὰς αὐτῆς πλάνας ἐπανελθεῖν, καὶ μὴ ὅπως κυβδιτὰς, ἀλλὰ τοὺς πολλῷ κακίους Ζωσθένους ποιεῖσθαι· δηλονότι τοῦτο μὴ μόνον αἰσχρὸν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ὀλέθριον ἂν εἴη, πρὸς τῶν παρόντων ζῆν, καὶ τὰς ἡμῶν συνειδήσεις καταβιάζεσθαι καὶ οἷς ἀποσβεννύναι. Ἡμεῖς δὲ ἀπορρήσσομεν ἀπ' ἐκείνης, ὃν ἐπόθουμεν πολλοῖς ἤδη αἰῶνας ἐκπεφλεγμένα τὸν κόσμον· ὃς εἰ ὧδε μὲν ἀλαζονεύεται ὡς ἀναμάρτητος διατελεῖ, καὶ ὁπόταν σφᾶς μὴ ἔστιν ἀδικοῦντα ἐλέγχειν, ἔτε βασιλεῦσιν, ἔτε Αὐτοκράτορσιν, οὐδ' ὅλως τῷ κλήρῳ, οὐδὲ σύμπαντι τῷ λαῷ, καὶ πάντ' ἂν εἰ χιλίας ψυχὰς εἰς ἅδ συγκαθιλ-

abduceret ad inferos, ab illo, qui sibi imperium sumebat, non tantùm in homines, sed etiam in Angelos Dei, ut irent, redirent, ducerent animas in Purgatorium, & easdem reducerent, cùm ipse vellet: quem Gregorius clarissimè dicebat esse præcursorem & antesignanum Antichristi, & à fide catholica defeciſſe: à quo Coryphæi, nostri illi, qui Evangelio, atque agnitæ veritati se opponunt, ad unum omnes jampridem ultrò, & libenter discesserunt: & nunc etiam ab eodem non inviti discederent, nisi eos inconstantiæ nota, & pudor, & populi de se existimatio impediret. Postremò ab illo discessimus, cui obstricti non eramus, quiq; præter genium quendam loci, & successionem, quod pro se diceret, nihil habuit. Et nos quidem ab illo longè omnium justissimè discessimus. Nostri enim Reges, illi etiam, qui auctoritatē, & fidem episcoporum Romanensium observantissimè sequebantur, satis jam olim senserunt jugum & tyrannidem regni pontificii. Romani enim Episcopi & Henrico regi nostro, ejus nominis secundo, diadema de capite detraxerunt, eumq; abjecta omni majestate, privato tantùm habitu, ut esset suis omnibus ludibrio, ad Legatū suum

Συγκαθέλκει· ὃς ἐξουσίαν ἔχειν περιπατεῖν τὴν μὴ
μόνον εἰς ἀθανασίαν, ἀγγέλοις ἴσα· ἀλλὰ καὶ
τάττει περιδιδοῦναι φησὶ καὶ ἐπιτρέχειν, περιπέμ-
πειν λυπὰς εἰς Καθαρτήριον, καὶ πάλιν τὰς αὐτὰς
ἀνάγειν· ὅπου αὐτῶν ἐστι κυλομένη, ὃν ἐρημέρ
διαβάλλει μὲ ὁ ἀντιπαῖς τὸν Ἀντιχρίστου πρόδρομον,
καὶ πρόμαχον· φησὶ δὲ καὶ τὰς πίστεις αὐτὸν ἀσπάζεσθαι
καὶ ὁλοτελῶς· ἀφ' ἧς πάσης ὕβρεως καὶ παραφοίας ἀνεῖναι,
καὶ τῆς ἀναγκαίας, καὶ τῆς ἀλλοδείας καὶ περιέχειν
ἐν Καθαρτηρίῳ, τὰ, ταπεινώσεις πλέκειν ἀπροφάσιστον, καὶ
παντελῶς ἐκκόπτειν ἀπὸ προσώπου, ὅτι μὴ τὴν ἀκα-
ταστασίας μίμησιν, καὶ τὴν αἰχμάλωσιν, καὶ τὴν τῶν ἀλ-
λοτρίων δόξαν πλεβῶσαι ἐκείνου· διὸ τὸ πανδοκεῖον
ἀπροφασίστως ἐφ' ὑπόστασιν ἔσεσθαι· ὃς
ἐν ἑαυτῷ μηδὲν ἔχειν ἀναγκαῖον σαλεύειν τὰ τὸ
ἀνθρώπου τόπου καὶ τὴν διαβολήν. Καὶ τότε
πάντα ἀπροφασίστως πάντων ἀπολύσασθαι πάλιν-
τες τὰ πατρικὰ καὶ ἀβασανίστως ἀμέτοχα τὴν
ἐξουσίαν καὶ πίστιν τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου ὅτε μά-
λιστα τοῦτο τετιμῆσθαι, ὅσον καὶ ἐκείνου τῆς πόλεως
τοῦ Θεοῦ τοῦ ἁγίου Ἀρχιερέως ἐξουσιάζειν
πάντα ὅσα πάλαι ἐδόξασται. Ῥωμαίου γὰρ ἐπισκόπου
τοῦ Ἱππίου βασιλεῖ ἡμέτερα τὰ δεύτερα διαδήμα
καὶ κεφαλὴν ἀφελόμενος καὶ πάλιν μιγα-
λείως, καταμάγεσθαι τὸ ἰδιάτε χειμαῤῥοῦν
αὐτῷ. Τοσοῦτον ἐπὶ πάντων ἐκείνου πάλιν
κατασχεθῆναι, ἵνα καὶ ὅσοις ἀρχαίοις κατα-

um venire demissum, & supplicem voluerunt: & in Regem nostrum Joannem, episcopos, & monachos & nonnullam etiam partem nobilitatis armaverunt, & populum omnem jurejurando, quo illi erant obstricti, liberarunt; eumq; postremò nefariè per summum scelus, non tantùm regno sed etiam vitâ exuerunt: & Henricum ejus nominis octavum, nobilissimum principem, diris & fulminibus defixerunt, & in illum modò Cæsarē, modò Gallum commoverunt, quodq; in ipsis erat, regnum nostrum prædæ, ac direptioni exposuerunt: homines insani ac fatui, qui aut tantum Regem, larvis, & crepitaculis perterrefieri posse crederēt, aut tantum Regnum tam facilè, uno quasi bolo devorari. Et quasi hæc omnia non essent satis, universam etiam provinciam vectigalem habere voluerunt: & ex ea quotannis census injustissimos exegerūt. Tanti, videlicet, nobis constitit amicitia urbis Romæ. Quòd si illi nobis ista imposturis, & malis artibus extorserunt, nihil caussæ est, cur non illis eadem legitimis rationibus, & bonis legibus possint eripi. At si ea illis Reges nostri in illa caligine superiorum temporum, inducti opinione aliqua simulatæ illorum sanctitatis, religionis

λαστὸς φανεὶς. Καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰακώβου τοῦ ὁπισθόπους καὶ Μονάρχης καὶ δὴ καὶ ὑπὲρ Μεγιστάνων ἦν ὃς ἐφώπλιζον, καὶ τὴν λαὸν ἀφορμοσίας ἢ ποῖς ἐκεῖνον γνησιώτερον ἀφίεσαν καὶ δεινότατα ἐδεδραμήκασιν, τὸ τέλος, ἐχθρὸν τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ζωῆς ἀπετέρησαν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ἐρρίκου ὀγδόῳ βασιλεῖ γενναιοτάτῳ καὶ ἐπιφανεστάτῳ ἀεὶ καὶ ἀπαρώμοιοι, τότε μὲν ἐπαφίεσαν αὐτῷ τὸν Καίσαρα, τότε δὲ τοῦ Φεύγειν, καὶ τὴν ἡμετέραν, ὅσον γ' ἐπ' αὐτοῖς ἦν, ἐλεηλάτουν, καὶ ἐξανδραποδίζοντο· συνήδεις δὲ μεταξὺ καὶ ἀγόητοι ὄντες· ἢ ὅπου τοσοῦτον ὤοντο βασιλέα χροτάλοις καὶ μυρμολυκείοις δεδιπλεδθαι· ἢ ὅπου τηλικαύτην βασιλείαν πλήξειν ἔτυν ῥᾴδιον ἀνδρὶ ἐν ἀκαρεῖ κατακεχθίζειν. Εἶτα ὑπὲρ δὲ τούτοις ἐξαρκούντως συμπάσαν τὴν χάριν ὁμολογεῖν ἐτόλμησαν, καὶ μεγάλας ἐντεῦθεν τοσούτους ἀδικώτατα καὶ ἐτῶ ἔλαβον· Τοσοῦτα μὲν οὖν τὴν ποῖς Ῥωμαίους φιλίαν ὠνήμιδε· εἰ δὲ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι γιτόδοντες ἡμᾶς καὶ φερακίζοντες ὑφείλοντο, δίκαιοι μὲν τοι ἐσμὲν τὰ αὐτὰ καὶ τοῦτον αὐτοδίκτες κομίζεσθαι· εἰ δὲ δὴ οἱ βασιλεῖς ἡμέτεροι ἐν τῷ σχότει τῆδε ἔμεσσθεν χρόνων ὑπαχθέντες τῇ δόξῃ τῆς Ἀδωνύμου ἐκείνου ὀζιότητος, εὐσεβείας ἕνεκα ταῦδ' ἐκουσίως καὶ φιλοδώρως ἐκαζόντος

religionis ergo, ultrò, & liberaliter donaverunt, postea animadverso errore, à posteris Regibus, qui eadem potestate sunt, possunt auferri. Irrita enim est donatio, nisi donatoris voluntate comprobetur. voluntas autem videri non potest, quam error obtuscat atque impedit.

Habes Christiane lector, non esse novum, si hodie post liminio restituta, & quasi renascens religio Christiana contumeliis, & convitiis accipiatur: id enim & Christo ipsi, & apostolis accidisse. Tamen ne tu te istis adversariorum nostrorum clamoribus abduci, & tibi imponi patiaris, exposuimus tibi universam rationem religionis nostræ; quid de Deo patre, quid de ejus unico filio Jesu Christo, quid de Spiritu sancto, quid de Ecclesia, quid de Sacramentis, quid de ministerio, quid de sacris scripturis, quid de cæremoniis, quid de omni parte persuasionis Christianæ sentiamus. Diximus nos omnes antiquas hæreses, quas aut sacrosanctæ scripturæ, aut vetera concilia condemnarunt, ut pestes & pernicies animorum detestari. nos disciplinam Ecclesiasticam, quam adversarii nostri prorsus enervârunt, quantùm maximè possumus, revocare:

ἐχαιρέζοντο, ἀλλὰ γε μᾶλλον εἰσαῦθις ὑπὸ τῆ βασιλέων τῆ τ' αὐτῶν εἰλημχότων τιμῶν, τό, τε αὐτοκρατορικὸν καταγνοποιότων, εἰκότως ἂν ἀφαιρηθείη. Δώρησις γὰρ ἀκυρὸς ὅτιν, ἂν μὴ δοκιμάσῃ αὐτῶν ἡ συγκλητος τὸ δωρησαμένυ· συγκλητον δέτοι γε ἀν χρὴ δοκεῖν, ἥτις δι' ἀγνοίας πλανᾶται καὶ ἐμποδίζεται.

ΜΕΧΡΙ μὲν δὴ δεῦρο διεξήλθομεν ὦ φιλότης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ θαυμαστὸν, ἢ ξένον, εἰ τανῦν ἡ χριστανὴ θρησκεία παντοδαπῆς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας· τοῦ χρισοῦ γὰρ καὶ τοῖς ἀποστόλοις παρεσκευάσθη συμβεβηκέναι· ὅπως ἢ ταῖς ἀντιδιδαχαῖς ἑτέρων κεφαλαίοις ὑπὸ λαοδάνης ἀποβιοκληθεῖς καὶ φενακιζόμενοι· διεξηγήσωμεθά σοι καθ' ἕκαστα τῆς ἡμετέρας θρησκείας μέρη· τί περὶ τοῦ θεοῦ πατρὸς, τί περὶ τοῦ υἱοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τί περὶ τῆς ἐκκλησίας, τί περὶ τῆς λειτυργίας, τί περὶ τῶν μυστηρίων, τί περὶ τῆς τελετῶν, τί τί περὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν. τί περὶ τῆς τῶν πίστεως φρονεῦμεν. Ἐπὶ τούτοις δ' εἰρήσεται, ὅτι πάσας τὰς ἀθρόας αἱρέσεις αὐτὰς ἤτοι ὑπὸ τῶν ἱερῶν γραφῶν, ἢ τῆς ἀρχαίων συνόδων κατεγνωσμένας ὡς λοιμὰς πνας τῆς ψυχῆς ἀλιτηρίους μυσαττόμεθα. ὅτι τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ὑπὸ τῆς ἀντιδίκων μόνον παντάπασιν ἀφανιζομένης, ἀλλὰ, ὅσον γε ἡμῖν δυνατὸν, ἀποκαθιστῶμεν

revocare: & omnem vitæ licentiam & dissolutionem morum, priscis & avitis legibus, & ea qua par est, quaque possumus severitate vindicare. nos regnorum statum, eo quo accepimus, loco, sine imminutione ulla, aut mutatione retinere: & principibus nostris Majestatem, quantùm maximè possumus, incolumem conservare. nos ab illa Ecclesia, quam isti speluncam latronum fecerant, & in qua nihil integrum, aut Ecclesiæ simile reliquerant, quamque ipsi fatebantur multis in rebus erravisse, ut Lothum olim è Sodoma, aut Abrahamum è Chaldæa, non contentionis studio, sed Dei ipsius admonitu discessisse, & ex sacris libris quos scimus non posse fallere, certam quandam religionis formam quæsivisse, & ad veterum patrum, atque apostolorum primitivam Ecclesiam, hoc est, ad primordia atque initia, tanquam ad fontes rediisse. auctoritatem autem in ea re, aut consensum concilii Tridentini, in quo videremus nihil rectè, atque ordine geri, ubi ab omnibus in unius nomen jurare-tur: ubi legati principum nostrorum contemnerentur: ubi nemo nostrorum theologorum audiretur: ubi apertè partibus atque ambitioni studeretur, non expectasse:

καταίσχυνω· ὅτι τὰ ἴδια τῶν ἔθνων παρανομήματα
καὶ τὸν παῤῥησίας καὶ τὰς φρόνιμα καθεστηκότας
νόμους ἢ ἡγεμονικὰς πρωτείας εὐνομώτατα καλλω-
ζουσω· ὅτι τὴν αὐτὴν πολιτειῶν κατάστασιν,
ἣν ἡμῖν παρελήφαμεν, ἐν ὅτῳ παραπωῦντες
ἢ μεταθάξαντες διατηρεῖμω· ὅτι τῷ ἀρχόντων
ἐξουσίαν καὶ τὸ ἡμῶν ἔθνος τὸν, ἀκέραιον φυλάττομω·
ὅτι ἀπὸ ἐκείνης ἐκκλησίας, ἣν ἐξ ἔτους παλαιοῦ
λειτουργῶν ἐποίησας, ἐν ᾗ μηδὲν ὑγιὲς, μηδὲ τῇ ὀρ-
θοδόξῳ παρεμφερὲς ἔστιν ἰδεῖν, ἣν αὐτοὶ ὁμολογοῦσι
πολλὰ διαῤῥεῖν· ἀπὸ ταύτης τοίνυν καὶ ἀπὸ
πάντων τῶν Σοδόμων, ἢ Αἰγύπτου τῆς κακίας, ἀφιλο-
νεικίας ἔνεκεν, μηδὲ ἐξ ἐτέρου κτησαμένους
κοινωνεῖν φαμεν· ὅτι τὰς ἱερὰς βίβλους ἐρευνῶν-
τες, αὐτὸ τοῦτο ἐσμὲν ἀφεύξεσθαι ἔσας, καὶ
τὴν σωτηρίας πίστιν ἐξευρόντες ἐκ τῆς τῶν
ἁγίων πατέρων καὶ τῶν ἀποστόλων παραδόσεως
ἐκκλησίαν, πιστεύομεν ἐκ τῆς ἀρχῆς, εἶναι ταύ-
τὴν ἐπανελθεῖν δεῖν· ὅτι τῶν αὐθεντίαν καὶ
ὁμοδοξίαν τῆς Τριδεντίνης Συνόδου ἐν ᾗ μηδὲν
ὁρῶμεν ὀρθῶς καὶ τάξιν γνήσιον, ἢ πατρὸς
ἄμοιρον εἰς ἐνότητα δεῖν, ἢ τῶν ἡμετέρων ἀρχόν-
των φρένας, καταφρονήσαν, ἢ μηδεὶς τῶν θεο-
λόγων ἡμετέρων ἀκροάσεως ἔτυχε, ἐν πάντα
ἐκ χεῖρας ἐποιήσατο καὶ φιλαπεχθείας, ὑπὲρ

expectasse: sed quod olim sancti patres, quodque majores nostri sæpe fecerunt, provinciali conventu nostras Ecclesias restituisse: Episcopi verò Romani, cui obstricti non eramus, quique nihil habebat nec Christi, nec Petri, nec Apostoli, nec omninò Episcopi simile, jugum & tyrannidem pro eo, ac debuimus, excussisse. Postremò, nos inter nos, de omnibus dogmatis, & capitibus religionis Christianæ convenire, & uno ore, unoque spiritu colere Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi.

Quare Christiane ac pie lector, cùm videas rationes & causas, & restitutæ apud nos religionis, & successionis ab istis nostræ, mirari non debes, si Christo nostro obtemperare maluimus, quàm hominibus. Paulus nos admonuit, ne variis istis doctrinis nos abduci pateremur: utque illos in primis fugeremus, qui sererent dissensiones præter illam doctrinâ, quàm à Christo, & apostolis accepissent. Jamdudum, ut nocturna ad orientem solem, ita istorum impostura dilabuntur, & fugiunt ad aspectum, & lucem Evangelii. & quamvis ad cœlum usque extructæ atque exaggeratæ sint: tamen levi momento,

ἀναμιμνήσκω· ἀλλὰ μυημονεύω τοῦ ἀγίου πατέρος, καὶ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, ὃς δὴ τὰ αὐτὰ παλαίσας ἤδη πεπόνηται, διὰ συνόδου ἐπιχωρίου τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἡμετέρας ἀποκαθήσαμεν· ὅτι τὸν ξυμβόλῳ καὶ τῷ προφήτῃ τῷ Ῥωμαίῳ ἀποδόντι, τῷ μηδὲν χείσῳ, μηδὲ πέσῃ, μηδὲ ἁπτέσθαι, μηδὲ λαβεῖν ὑποδοῦναι μηδὲν ἑτοίκοθεν, ἀποκόπτοντας ἀποσοφίσεσθαι, ἢ τε δὴ δὴ τῷ ἀρχῷ αὐτῷ ἐνόχους ὄντες· πέλαδυσίον, ὃν ἀμήλοις παίσαι τὰ κεφάλαια τῆς ἐκκλησίας θρησκείας διωγνωμονοῦσθαι· καὶ τὸν θεὸν δὴ μὰς γλώσσης καὶ ψυχῆς θεραπεύοντα, τὸν πατέρα τῷ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐπειδήπερ ἂν, ὦ χριστιανοὶ καὶ θεοσεβεῖς ἄνδρες, τὰς αἰτίας ὁρᾶτε, δι' ἃς ὀνείδους ἐπιλαμβάνομαι, παρ' ἡμῖν δ' αὐτοῖς τὴν θρησκείαν ἀποκτήσασθαι, ἣ χρὴ δικαίως ἡμῖν ἄγειν, ἢ τοῦ Χριστοῦ ἡμετέρῳ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις τὴν ἀρχὴν ἔχειν ἐγνωκέναι. Ὁ Παῦλος παραίνεσιν ἡμῖν μὴ ἀδελφεῖν ἑαυτοῦ τοῖς ἀτελοδιδασκαλίαις ἀποπλανήμασιν, ἀλλὰ φθάνειν εἰς τὴν μαθησιν τοῦ λόγου ἐμποιοῦντας φόβῳ τὴν διδασκαλίαν. Ἦν δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀποστόλων εἰλικρινείας. Ἡδὺ γὰρ καὶ πάλαι καθάπερ γλαῦκας τοῦ πλήθους ἀνίσχοντος, ἔτος αἱ τότων ἀπάται καταλύονται καὶ ἀποκρύπτονται τὴν ὄψιν καὶ τὸ φῶς τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ μὴν εἰ καὶ ἐπ' ἔργοις ὀνειδιζόμεναι καὶ στοχαζόμεθα τυγχάνομεν, ἔμως ἐυκόλως

mento & quodammodo sua sponte corruunt. Non enim putare debes ista omnia temerè, aut casu accidisse. Dei hæc voluntas fuit, ut invitis propè omnibus, Evangelium Jesu Christi in orbem terrarum his temporibus spargeretur. Itaque, divinis vocibus admoniti homines, sese ultro ad Christi doctrinam contulerunt. Nos quidem non gloriam ex ea re quæsivimus, non opes, non voluptates, non otium. Hæc enim isti habent abundè omnia, & nos ea, cùm apud illos essemus, multò largiùs & prolixiùs habebamus. Neque nos consensionem & pacem fugimus: sed pacis humanæ caussa, cum Deo belligerari nolumus. Dulce quidem, inquit Hilarius, est nomen pacis: sed aliud est, inquit, Pax, aliud servitus. Nam ut, quod isti quærunt, Christus tacere jubeatur: ut prodatur veritas Evangelii: ut errores nefarii dissimulentur: ut Christianorum hominum oculis imponatur: ut in Deum apertè conspiretur, non ea pax est, sed iniquissima pactio servitutis. Est quædam, inquit Nazianzenus, pax inutilis: est quoddam utile dissidium. Nam paci cum exceptione studendum est quantum fas sit, quantumque liceat. Alioqui Christus ipse,

non

εὐκόλως καὶ οἱ ἐξ αὐτομάτου ἀφειλιάθαι. Τοιγάρτοι ταῦτα μὲν ἀχρεῖα νομίζειν ὡς εἰκὸς γεγόνοτα· μᾶλλον δὲ θεοῦ εὐδόκησε τὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον εἰς ὅλου τοῦ γένους ἄρτι χειμάρρου ἀκόντων ὀλίγων δεῖν ἁπάντων διαδοθῆναι· ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ θείαν ὁρμωμένους διανοιῶν ἐκείνοις αὐτοῖς αὐτίπαλα εἶδον. Οὔκουν φιλοτιμίας, ἢ χρημάτων, ἢ ἡδονῆς, ἢ ῥᾳθύμης ἕνεκα τούτοις ἐπεχειρήσαμεν· ἐπεὶ ταύτην μὲν ἐκείνοις ἀφθόνως ἐπολαύσαμεν, ἡμεῖς δὲ πολλῷ θειοτέρου ἔτι μετ' αὐτῶν ὄντες ὑπ' αὐ τοῦ εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν πρὸς ἐλάχιστον εἴχομεν, ἀλλὰ δεινὰν ἠγωνίαμεν, ὅτι τῇ κατ' ἀνθρώπους εἰρήνῃ πρὸς τὸ θεὸν πόλεμον ἄρασθαι. Τοῦτο μὲ (φησὶν Ἰλιάδ. Θ) τὸ τῆς εἰρήνης ὄνομα, πολλοῦ δεῖ ἐστὶ διάφορον εἰρήνης καὶ ἀλυσίας· τὸ γοῦν ἐκείνων βουλόμενον, τὸ ἐπιμιξίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν ἀλήθειαν τρέψαι, καὶ παφρᾶν τὰς μὲν φιλοσοφίας ἐπιπολαζούσας, πολὺ δὲ Χριστιανὸς γοητεύομένους, τοὺς δ' ἀνθρώπους ἀναφανδὸν ὑπὲρ θεὸν συρέντας, οὗτοι δῆπου μὴ ὅτι εἰρήνην, ἀλλὰ βαρυτάτην ἀλυσίαν ἐφόρουν. Ἔστι τις χρὴ Ναζιανζηνὸν ἀλυσιτελὴς εἰρήνη, καὶ ἀνάπαλιν, ἔστι τις ὠφέλιμος φλεγμαίνει· χρὴ μὲν γὰρ τοῦ εἰρήνου ἀμείνων, οὐχ ἁπλῶς μέντ' ἀπὸ ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἔξεστι καὶ πρέπει. καὶ Χριστὸς μὲν οὐκ εἰρήνην ἀλλὰ μάχαιραν

non pacem in mundum attulit, sed gladium. Quare si nos Papa secum in gratiam redire velit, ipse prius in gratiam redire debet cum Deo. Hinc enim, inquit Cyprianus, schismata oriuntur, quia caput non quæritur, & ad fontem sacrarum scripturarum non reditur: & cœlestis magistri præcepta non servantur. Non enim, inquit, pax ea est, sed bellum: nec Ecclesiæ jungitur, qui ab evangelio separatur. Isti verò cauponari tantum solent nomen pacis. Pax enim illa quam tanto-perè quærunt, otiosorum tantùm est ventrum tranquillitas. Nam hæc omnia inter nos facilè componi possent, nisi ambitio, venter, luxus impedirent. hinc illæ lacrymæ: animus est in patinis. Id scilicet, clamant, atque obstrepunt, ut malè parta, fœdiùs & nequiùs tueantur. Queruntur hodie de nobis Indulgentiarii, Datarii, quæstores, lenones, aliique, qui quæstum putant esse pietatem, nec Jesu Christo serviunt, sed suo ventri. Olim enim isti generi hominum fuit quæstus uberrimus apud sæculum prius. Nunc autem quidquid Christo accedit, id omne sibi detractum putant. Id hodie Pontifex ipse queritur, refrixisse, videlicet, pietatem: reditus suos angustiores jam esse,

quàm

ξαν εἰς τὸν κόσμον, ἐνεγκεῖν ἔρυ. Διότι δὲ ἐὰν ὁ Παῦλος παις ἀξιώσῃ πρὸς ἡμᾶς διαλλαγῆναι, πῶς φύσις δ' διαλλαχθήσεται πρὸς τὸν θεόν. Ἐντεῦθεν γὰρ φύεσθαι τὰ σχίσματα, (ὡς φησιν ὁ Κυπριανὸς) ὅτι τῶν κεφαλῶν ἐζητῆσεν. ἀλλὰ τῶν ποιμένων, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν μετάσαν, καὶ ἐμμένουσι τῇ ἐκείνων διδασκαλίᾳ ἐντολαῖς. οὗτοι χάρτες πόλεμον νὰ ἐξαιρῶσι οἵτινες, καὶ τὸ τῆς εὐαγγελικῆς ἀφειδῶς μαλὲ τῆς ἐκκλησίας μέτεσι. Ἐκεῖνοι τοίνυν καταλύουσι μόνον τὸ ὄρομα τῆς εἰρήνης· ἡ γὰρ ὅτι τοσοῦτον ἀπεχθάζουσι, ὡσὲν ὅτι μὴ χαίρουσι ἀσφαλείᾳ πυγχάνειν ὄντα· καὶ ῥᾳδίως ἂν ταῦτα ζωώσαντο, τῆς φιλοτιμίας καὶ πλεονεξίας καὶ ἀσωτίας ἐκποδὼν πεποιημένων. Θορυβοῦνται γὰρ ἀλλοτρίοις λήμμασιν ἀφειδῶς ἐφαπτόμενοι, καὶ πτωχοὺς χατλιάζουσιν, ἐφ' ᾧ τὰ κοινῶς πορισθέντα ἐπὶ μᾶλλον αἰσχρῶς ἀναλίσκειν. Μέμφονται χρῶν ἡμῶν οἱ Ἰησουίται, Δατάριοι, Ἀποστόλικοι, μαχρωποί, καὶ ἄλλοι δή τινες, οἱ τὸν πορισμὸν εὐσέβειαν νομίζουσιν, οἱ τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ δουλεύουσιν, ἀλλὰ μὴ τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ. Ἐπὶ μὲν γὰρ παιδόντων χρόνων ἐφάνιον ἄσον ἐπλούτουν οἱ παπικοὶ, νυνὶ δ' ὅ,τι ἂν ὁ Χριστὸς κερδάνῃ, τοῦτο τῶν σφετέραν λογίζονται ζημίαν. Καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀρχιερεὺς τῶν εὐσεβείας καταφυγὴν, ἠδημένος δ' ὅπως τὰς ταύτῃ πορούσας ἐν τῇ παρόντι βραχυτέρας

quàm solebant. Itaq; nos in odium rapit, quantum potest, & onerat contumeliis, & condemnat pro Hæreticis: ut qui causam non intelligunt, putent, nullos esse homines nequiores. Nos tamen interim ea causa nec pudet, nec certè pudere debet Evangelii. Dei enim gloriam pluris facimus, quàm existimationem hominum. Scimus ista vera esse omnia, quæ docemus, nec possumus aut vim facere conscientiæ nostræ, aut testimonium dicere contra Deum. Nam si nos negamus partem aliquam Evangelii Jesu Christi coram hominibus, ille nos vicissim negabit coram Patre suo. Quòd si qui sunt, qui offendi velint, & Christi doctrinam non ferant, cæci sunt, & duces cæcorum: Veritas tamen prædicanda, & præ nobis ferenda est, & patienter expectandum est tribunal Dei. Interim isti videant, quid agant, & de salute sua cogitent, & desinant odisse ac persequi Evangelium Filii Dei, ne illum aliquando sentiant vindicem, & ultorem causæ suæ. Deus se haberi ludibrio non sinet. Jamdudum homines vident, quid agatur. Ista flamma, quantò magis reprimitur, tantò magis magísque erumpit, atque evolat. Infidelitas istorum non

frustrabitur

ἢ τὸ παλαιὸν ἐσαφχύσας ἄνθ' ὅτι καὶ ἡμᾶς εἰς μίσος καθίστησι πᾶσι τοῖς ἐπιγνώσεως λοιδορείας, καὶ δι' αἱρέσεως καταδικάζει, ὅπερ τῆς παλαιᾶς ἦν ἴδιον συνηθείας ἀνυπέρβλητος καὶ κακίας δοκιμῆς. Ἡμεῖς μέντοι ταῦτα μὴ ἐπαισχυνόμεθα καὶ γὰρ ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ἐπαισχυνόμεθα, πολὺ δὲ τὴν θεοῦ δόξαν θεσπεσιωτέραν τῆς παρ' ἀνθρώπων ἐυφημίας. καὶ σαφῶς εἰδότες ἃ διδασκόμεθα ἀληθῆ ὄντα, μήτε ταῖς συνειδήσεσι δοῦλοι ἐσμὲν βιάζεσθαι, μήτε τῷ θεῷ καταμαρτυρῆσαι. Ἐὰν γὰρ ἡμᾶς ἀπαρνώμεθα τὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον ἐνώπιον ἀνθρώπων, κἀκεῖνος ἡμᾶς ἀπαρνήσεται ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ. Καὶ τοίνυν κἂν εἴ τινες ἀφάλλωσι καὶ διαναστῶσι πολὺ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας· αὐτοὶ μὲν ἐκεῖνοι τυφλοὶ καὶ ἀρχὴ τυφλῶν εἰσιν ὁδηγοί, πολὺ δὲ ἀλήθειαν κηρύσσειν ὅμως δεῖ, καὶ φανερῶς ἐξομολογεῖσθαι, καὶ τὸ δικαστήριον θεοῦ εὐγνωμόνως ἀναμένειν. Ἐκεῖνοί γὰρ μὲν ὅπως δώσουσιν ἑαυτοῖς λόγον, καὶ τῆς σωτηρίας ἐνθυμηθήσονται τῆς σφετέρας, καὶ παύσονται μισοῦντες καὶ διώκοντες τὸ εὐαγγέλιον τοῦ υἱοῦ θεοῦ. μή πως ἄρα ἐκεῖνοι ἀντεπεξελθόντος, καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἀμαυρομένοις. κἀκῶς ὑπὸ τῷ πλήθει ἀπαλλάξειαν· ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἐκ ἀνέξεται χλευαζόμενος, οἱ δ' ἄνθρωποι ἐκ πολλῶν ἤδη τὰ γιγνόμενα διενοήθησαν, ἡ δὲ φλὸξ αὕτη ὅσῳ μᾶλλον καταπίζεται, τοσούτῳ μᾶλλον διαφερόντως ἐκκρήγνυται. ἐ γὰρ, ἐκ οἶδεν τὸ πεῦ

frustrabitur fidem Dei. Quod si duriciam istam animorum ponere, & Christi Evangelium recipere recusabunt, Publicani, & peccatores antevertent illis in regno Dei.

Deus, & pater Domini nostri Jesu Christi illis omnibus oculos aperiat, ut videre possint beatam illam spem, ad quam vocati sunt, ut una omnes glorificemus unum illum & verum deum, eúmque quem de cœlo ad nos demisit Jesum Christum, cui una cum Patre, & sancto Spiritu, reddatur omnis honor, & gloria in omnem æternitatem. Amen.

BRITISH MUSEUM 4 NO 75

FINIS.

τὸ πρὸν θεῦ ἀποτυγχάνειν διὰ τ ἐκείνων ἀπιστίαν. Εἰ δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἀμελλητοι διαγίνωνται μηδὲν ὅλως τῷ Χριστῦ εὐαγγελίῳ ἐνδιδόντες, ὁι τελῶναι δήπου καὶ ἁμαρτωλοὶ φθάξουσιν αὐτοὺς εἰς τ βασιλείαν θεῦ.

Πλὴν ὁ Θεὸς ὁ πατὴρ τῦ κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ τοὺς ὀφθαλμὸς ἐκείνοις ἅπασιν ἀνοιξάτω, τῦ ἰδεῖν αὐτοὺ τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, ὡς ἦν ἐκλήθησαν· ἵνα σύμπαντες ἅμα δοξάζωμεν τὸν ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν αὐτὸς ἐξαπόστειλεν ὡς ἡμᾶς ἔπεμψεν, Ἰησῦν Χριστὸν· ᾧ ἅμα τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι πᾶσα τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ.